


Cópiese la portada

M. S. 4.º perg.º con 222 hojas que compren-
den dos tratados, uno de esentia et atributis y otro
de justificatione, bien tratados, completo

R = Salas de Esentia et Atributis et jus-
tificatione

TRACTATUS DE SACRA THE-
OLOGIA, ILLIUSQ; OBIECTO, VIRTUT-
ESSA DE, NONNULLIS Q; PER-
SUS ÆRUMNIS MAGNÆ MA-
TRIS VIRGINIS MARIÆ AB OR-
IGINIS LABE SEMPER IM-
MUNIS SACER: AUTHO-
RE RRmo Pe BARTHOLOMEO
DE SANCTAS VESPERTINO THEO-
LOGIÆ PROFESSORE: AUS-
CULTANTE BACC. BALTASA-
RE DE LOS REYES, ET AZE-
VEDO. DECIMO QUARTO KAL-
ENDAS OCTOBRIS,
anno Salutis nræ MDCLXXXI.



Ad Lectoribus Prae-
Locutio.

Sacrae, sive theologicae doctrinae addiscendae principium sumitur ab ipsius utilitate, et necessitate, ut ex ipsius cognitione tyrones abipso quasi limine disciplinae antequam in abdita deducantur cognoscant saltem confuse quod pertractandis distinctius, oculatiusque cognoscendis erit. Ita quippe a natura conformati sumus, ut simul et uno impetu ad plenam rerum notitiam penetrare non possimus, at 1° sumarie, et rudiliter comprimimus, deinde per ortus posterioribus cogitationibus erudimur altius. Sic natura 1° informis est, donec cum tempore adolescat, et perficiatur: prolegomena quaedam ii in nascendo, in accrescendo, in durabili, et robusta aetate, sicut in actionibus. cur non similiter in theologica doctrina, et ubi de theologia tractatus incidit ipsius subiectum, et obiectum praecipuum hoc principium, principaliter divinum philosophi amouere, seponere non permittit, et hoc quidem est ipse Deus, non quatenus nobis fide innotescit, at quatenus discursu, et ratiocinatione noscibilis est an sit, et attributa. Unde primum nobis docenda est necessitas, et utilitas, modus quoque procedendi, quibusque habitibus theologia communicatur, ut quibus actibus producatur, quibus principiis innitatur. Deinde ad illius obiectum, nempe Deum ut ratione, demonstratione nobis cognoscere licet gradum faciemus; inde tractatus iste quadruplici nobis disputatione partiendus: 1ª erit de necessitate naturae, et proprietatibus theologiae, 2ª de existentia, et essentia Dei. 3ª de attributis Divinis in communi. 4ª de attributis non nullis in particulari leui calamo discurrere, quae graviori egent examine in aliis tractatus remanentes. Disputatio 1ª de natura, obiecto, et proprietatibus theologiae.

Disputatio. 1ª

De natura, obiecto, et proprietatibus theologiae.

Supremae istius facultatis inter omnes facile principis nomen ortum est, et a theos, seu Deus, et logos, sive sermo, ut notat Aug. lib. 8 de civitate cap. 1°, est haec fidei, quomy-

mysteria à Deo revelata credimus, ne inconfusè theo-
logia dici posset, iam Doctorum usus obtinuit, ut eo nomine no-
retur habitus ille qui tanquam ex revelatis fidei, quae ex aliis principiis luminis natura-
li ratione conclusiones elicit ad confirmandas ipsas fidei veritates, huius
obiectum 1º nobis comparandum est, deinde principia, quibus utitur theologia
ad conclusiones suas eliciendas, ut pateat facilius totalitas nostra co-
gnoscatur. Quaestio 1a de obiecto, et principiis, quibus utitur theologia. Sectio
1a circa obiectum theologiae variae opiniones proponuntur, et vera probatur.

Quaestio 1a

De obiecto, et principiis, quibus utitur theologia.

Sectio 1a

Circa obiectum theologiae variae opiniones proponuntur, et vera probatur.

Omissis, aut suppositis iis, quae de obiecto specialis facultatis in [illegible] diximus in logica, solum agemus in praesenti de obiecto, sive radice (quod utrumque solent Doctores confundere) theologiae, circa quod varii sunt dicendi modi à Doctoribus excogitati. Prima sententia affirmat obiectum theologiae esse opera restaurationis humanae, nempe incarnationem et sacramenta, sive quae spectant, integre pro materia subiecta sunt. Ita Glossa Cassiodori in titulo Psalmorum, et Hugo de sancto Victore in prologo de sacramentis cap. 2º.

Secunda sententia defendit obiectum theologiae posse sumi duobus modis, et ita Deus est obiectum. Vel potest sumi materialiter, et ita obiectum est opus restaurationis; vel potest sumi formaliter, et sic obiectum est Christus, ac proinde totam theologiam esse scientiam Divinam comprehendendam in Christo in opere restaurationis. Ita Alexander 1a parte [illegible] proemio, et [illegible] Durandi [illegible] prologi, qui bifariam sumit theologiam. 1o pro habitu, quo assentimur revelatis in Divina Scriptura. 2o pro habitu, quo defenditur ipsa fides, et ea, quae revelata sunt à

ri à Deo. 3° p hanc theologiã, quo deducẽs alia po-
ssunt ex princ. Lourcius g Durandus de theologia C.,
hanc triplic. considerans asserat subiectũ theologiæ 1° mõ accep-
tæ eẽ actus meritorius. Idẽ asserit eẽ subiectũ theologiæ
3° mõ acceptæ: de subiecto theologiæ secundo mõ acceptæ ait,
eẽ Deus n sub ratiõe absoluta, qua Deus ẽ, et sub ratiõe respectiva,
qua glorificator ẽ.

4a sta statuit subiectũ primarium theologiæ
eẽ Deũ l. in se, et sub ratiõe Deitatis p ut ad oẽ ens di-
uinũ formaliter, et formaliter se extendit, et etiã sub ratiõe glori-
ficationis, siue finis ultimi à nobis assequibilis, ita ut ipsa
Deitas, et beatitudo mẽa obiectiua sit obiectũ materiale quasi totale, materiale
omnium theologicorum: cæteras u°, quas theologia considerat ex princ.
reuelatis pertinere ad subiectũ minus principale theologiæ, seu
quasi secundarium: ac subinde constituunt subiectũ adæquatũ theologiæ
simpliciter dictæ; quæ obiectũ adæquatũ illius constituunt, oĩa nimirũ
entia diuina, l. intrinsece, et formaliter diuina, ut attributa
et personalitates, l. extrinsece diuina, quales st omnes causæ
reuelatæ à Deo, quæ dicunt diuinæ, quatenus ad maiorẽ
Dei cognitionẽ ordinant. Ita P. Fran. de Lugo apud
P. Peñafiel.

In hac satis uarietate sit 1a ñra conclusio: obiectũ attri-
butionis, et ad quẽ cæteros effectus cognitos consequendos ordinat theolo-
gia, ẽ Deus. Hæc ẽ omnium theologorum sta, ita P. Vasq.
1a p. disp. 10 cap. 5°. Granado, Arriaga, et alii. Probatur: à
Deus pot eẽ obiectũ, l. subiectũ primarium attributionis alicuius
habitus, qui tendat in illud p principia reuelata: g subiectũ attribu-
tionis, seu primarium theologiæ ñræ perfectæ ẽ Deus. Ans mi-
hi uidet certissimus, g intellectus p unicam pot exactus notiti-
am cuiusuis obiecti, quod pot cognoscere perfectã habeat principia

certa, et omnes tres, cum quibus connectitur obiectum sub eisdem principiis, potest ordinare ad meliorem cognitionem talis obiecti, quod est eius obiectum attributionis, et primarium illius; sed intellectus potest cognoscere Deum per principia certa supernalia: ergo potest procurare exactam cognitionem illius, et omnes tres, cum quibus connectitur sub eisdem principiis supernalibus potest ordinare ad meliorem cognitionem Dei, ergo Deus obiectum attributionis habitus, quo intellectus iuvatur ad talem cognitionem.

Maior mihi videtur evidens; quia ex eo, quod intellectus potest cognoscere corpus mobile de praedicamento substantiae potest procurare exactam illius notitiam, et omnes tres, cum quibus connectitur corpus illud sub eisdem principiis ordinat ad exactam cognitionem talis corporis, hoc est principium subiectum, seu attributionis obiectum: ergo similiter de Deo dicendum. Minor etiam videtur constare in nostra fide; nam Deum cognoscimus per revelationem divinam; quia principium articulum nostrae fidei est circa Deum, et in hoc sensu existimo venerandum doctorem divum Thomam, quando probat art. 7. conclusionem, id solum esse subiectum theologiae, quod est subiectum fidei.

Nec minus certa est argumentum in eo exemplo corporis mobilis; quia ex eo, quod intellectus procurat exactam[*] connectitur, nempe locus, vacuum, tempus, quantitas, et motum ordinat ad meliorem illius cognitionem: ergo poterit similiter intellectus ordinare ad meliorem cognitionem Dei omnes tres, cum quibus connectitur Deus sub iisdem principiis supernalibus, consequenter poterit Deus esse subiectum, seu obiectum attributionis: ergo de facto ita se habet non aliunde habitus; quia de facto theologi iuvandi cognoscere Deum, et non est alius habitus, nisi habitus theologicus praeter eum: ergo Deus erit obiectum attributionis, seu principium theologiae.

Sed dices, quod etiam poterit intellectus procurare exactam cognitionem alicuius obiecti ex revelatis, et ordinare Deum ad meliorem cognitionem illius obiecti; sed habitus ille erit theologicus siquidem erit habitus innixus principiis fidei: ergo Deus non erit

[*] cognitionem illius, omnes tres, cum quibus

obiectum attributionis, et excitare obiectum, vel meritum, ut vult Duran-
dus, quod homo ordinavit Deum ad meliorem meriti cognitionem, vel eius
exprimens, vel gloria, ut alij contendunt.

Pro omittendo eo positis talibus habitus,
quo aliqui negant, qui quidem habitus non est Theologiae effective
qualis est nostra Theologia: neque omnino adeundus est. plures enim mi-
habitus credere, quia tamen non esset effective theologiae; quia est talis, quaten-
nus habet Deum sub obiecto attributionis, ideo theologicus dicitur: alii a habitus
vel dicunt theologicum, ratione principii formalis, sive authoritatis Divinae
revelantis, sic actus fidei, quo credimus articulos aliquos creatos, dicitur
actus theologicus, ratione obiecti formalis, non tamen ratione obiecti materialis: non tamen propterea
erunt effective theologiae: hoc solum auctor intendisse Durandus,
Bonaventura, et alios, dum dividunt obiectum theologiae secundum varias consi-
derationes.

Hoc idem militat contra sententiam Patris Francisci de
Lugo, quod etiam ratione glorificationis potest ordinare intellectus ad me-
liorem cognitionem Dei ut Deus est; quia tunc cognoscit intellectus videndo in-
mediate, et illa est ratio manifestans nobis excellentiam Dei. Et
propterea eandem rationem Trinitas Personarum, et ratio primi principii ra-
tus non est obiectum attributionis nostrae theologiae, quia illas perfectiones
ordinat intellectus ad meliorem cognitionem Dei, ut Deus est. Et dicit P. de
Lugo, quod aliud argumentum est contra Durandum, qui dicunt obiectum attri-
butionis esse Deum [illegible], et Deum ut [illegible] primum; certum est aliud, nisi
quod intellectus ratione sui principii ordinat ad meliorem cognitionem Dei, et quod
illa ratio cognoscibilis absolute per eandem principia, per quas theologia cog-
noscit alias perfectiones Divinas, quas ordinat ad meliorem cog-
nitionem Dei, ut Deus est: quod similiter ea ratio glorificationis in Deo sit
cognoscibilis per eadem principia, per quas sunt cognoscibiles aliae perfec-
tiones Divinae, poterit ordinari ad meliorem cognitionem Dei, sequitur
quod ita ordinet intellectus, sicut obiectum secundarium.

Reddles: plures rationes ordinari ad Deum ut glorificatorem, vlt. merita, sacramenta, omnia et yt, quae possent esse obiectum attributionis. Respondeo concesso antecedente, nego consequentiam: quia ut aliquid sit obiectum attributionis facultatis alicuius, non sufficit, quod multa alia obiecta ordinentur ad illud, sed ulterius requiritur, quod tale obiectum non ordinetur ad aliud ab ipsa facultate, et sub illius dicatur, et quod tale obiectum sectatur finis ultimus, nec sufficit secundum tenere ut finis intermedius. Unde licet ad rationem glorificatoris plura ordinentur; ut etiam, ipsa ratio glorificatoris ordinetur ad meliorem cognitionem Dei, ut Deus est, sit unde non esse obiectum attributionis Theologiae. quod patet exemplo aliarum facultatum, in quibus dantur plura obiecta, ad quae alia ordinantur quae propterea sint obiectum attributionis.

Sit 2a Conclusio: omne ens revelabile est obiectum adaequatum Theologiae, quatenus obiectum adaequatum dicitur tam obiectum attributionis, quam attributum: [illegible], omne ens revelabile praeter Deum ut Deus est, est obiectum secundarium Theologiae. Haec est communis Theologorum sententia, [illegible] unus excipias P. Arriaga. Probatur: omne illud est obiectum secundarium alicuius scientiae, [illegible], quod potest ordinari ad meliorem cognitionem obiecti primarii, si sit ordinabile per principia illius scientiae, [illegible], sed omne ens a Deo revelabile potest cognosci, et ordinari ad meliorem cognitionem Dei, et est cognoscibile per principia theologiae: ergo est obiectum illius secundarium. Maior constare videtur, quia omnia, quae revelantur a Deo, [illegible], si sint praedicata intrinseca Dei, et de his nullus dubitat pertinere ad obiectum Theologiae, [illegible], si sint praedicata extrinseca, nempe creaturae, certum etiam est, quod aliqua saltem pertineat ad Theologiam, ut ipse Pater Arriaga concedit, quia omnia entia revelata tractata pertinent ad Theologiam Scholasticam. Probatur Consequentia ex eo, quod non sit maior ratio, quare aliqua pertineant, non

nu° dicta. sectio 2a argumentis respondetur.

Sectio 2a
Argumentis respondetur.

Obiicies 1°: nulla scientia probat existentiam sui obiecti; sed theologia probat existentiam Dei; ergo Deus non est obiectum theologiae. Maior patet ex lib° 1° posteriorum cap. 1°, ubi ante demonstrationem, seu scientiam supponitur existentia obiecti tanquam quid cognitum; quod proinde sub ipsa scientia non cadit. Minor vero constabit. Resp. 1° quod licet ad scientiam non pertineat probare existentiam sui obiecti, non impedit tamen, quod qui illam docent, aliunde probent existentiam obiecti, sicut ex principiis metaphysicis, atque ideo theologia supponit existentiam Dei. Resp. 2° maiorem esse veram de suis inferioribus, non tamen de superioribus doctrinis; nam metaphysica seu naturalis theologia probat existentiam Dei, et explicat quid sit: scientiae autem inferiores non probant, quia aliunde supponunt existentiam sui obiecti.

Obiicies 2°: obiectum attributionis est illud, quod in se continet omnes veritates ad illam scientiam pertinentes; sed Deus non continet omnes veritates pertinentes ad theologiam: ergo Deus non est obiectum attributionis theologiae. Resp. negando maiorem. Solum etenim requiritur, quod omnia obiecta secundaria cognoscantur per principia propria scientiae in ordine ad meliorem cognitionem obiecti attributionis, et de illo aliquomodo praedicentur: sicut in medicina omnia obiecta secundaria considerantur in ordine ad corpus sanabile; non enim requiritur, quod omnia colligantur ex illo principio, ut est corpus sanabile, tale, vel tale medicamentum, quia id solum verum est in cognoscente per effectus rerum connexiones.

Obiicies 3°: idem est obiectum theologiae scholasticae, ac obiectum fidei; sed obiectum adaequatum seu attributionis fidei non est Deus: ergo neque obiectum theologiae scholasticae. Resp. distinguendo

maiorem; idem est obiectum Theologiae Scholasticae, ac obiectum fidei diverso modo consideratum, concedo maiorem: eodem modo consideratum, nego maiorem. Diversitas consistit in eo, quod Theologia per se habet ex obiectis, quae cognoscunt aliquid attributionis obiecti, quod de fide aliquine-gant; quia Theologia ut probatum est, cognoscat omnia obiecta fidei, cognoscit tamen, ut ordinare unum ad aliud, quia est habitus discursivus: de cuius ratione est, quod ex cognitione unius deveniat in alterius cognitionem, et ordinet unum ad aliud: fides autem cum non sit habitus formaliter discursivus, simpliciter assentit obiecti revelati propter authoritatem Dei revelantis, qui per dicitur discursivus solum virtualiter, non tamen ordinat unum obiectum ad cognitionem alterius, ideo non habet attributionis obiectum.

Obiicies 4o: illud est subiectum attributionis cuiuscumque doctrinae, cuius cognitio est finis primus eiusdem doctrinae; et finis primus Theologiae Scholasticae est cognitio practica actus meritorii: ergo actus meritorius est subiectum attributionis Theologiae Scholasticae. Probatur minor; quia finis suae et doctrinae speculativae est cognitio sui obiecti, quia consistit in illius contemplatione, in quo differt a sua practica, quae tendit ad opus. Minor constat ex illo Pauli 2a ad Thimoteum cap. 3: omnis doctrina divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus; et hoc est institutum ad Dei opus nihil aliud est, quam ordinari ad actum meritorium ratione doctrinae, ergo finis theologiae est actus meritorius.

Respondeo concessa maiori, nego minorem, cuius probatio est opposita explicationi maioris; quia in minori intenditur probare, quod homo debet ordinari ad meritum exercendum, quod non est sistere in mera obiecti contemplatione, quae erat maioris explicatio: illa autem cognitio dicitur finis distinctus

Sui, et doctrinae, quae taliter versatur circa aliquod obiectum, ut cognitio illius non ordinetur ad ulteriorem cognitionem alterius obiecti. Nam neque Theologiae Scholasticae cognoscendae mediorum, hoc est dirigere ad illius exercendum, et ideo minus principale in theologia Scholastica, quae est in ordine ad obiectum secundarium, ut diximus in 2a conclusione. Quo ad 2am de principiis, quibus utitur theologia. Sectio 1a duplex statuitur conclusio.

Quaestio 2a.

De principiis, quibus utitur Theologia.

Sectio 1a

Duplex statuitur conclusio.

Sit 1a conclusio: principia, quibus innititur theologia sunt veritates revelatae, haec est communis theologorum cum divo Thoma 1a p. q. 1a art. 8. Sexto q. 3a, neologi, aliisque in locis. Et probatur: quia intellectus ad divinum potest assumere unam veritatem revelatam ex alia, et aliam colligere conclusionem: et hanc conclusionem vocamus theologicam: ergo principia theologiae sunt veritates revelatae. Maior est certa quotidiana experientia, probatur quia ex hoc discursu: omnis homo est animal: sed Christus est homo: ergo Christus est animal. Minor illa Christus est homo est revelata: et illa est principium illius conclusionis: ergo Christus est animal, quae est conclusio theologica: ergo principia conclusionis theologicae sunt veritates revelatae.

Dubitant hic 1o DD.es an in conclusione theologica influat lumen fidei supernaturalis, et an de facto conclusio theologica sit supernaturalis. Videatur R.P. Ripalda tomo 1o de ente supernaturali disp. 55, ubi per totam sectionem, affert rationes, et authores, qui saepe conveniunt in docendo, conclusionem simpliciter dictam theologicam requirere unam saltem praemissam fidei, et alteram evidentem, quia non sufficit praemissa probabilis, ut omnes increata conclusio: conclusio autem theologica debet esse certa: ergo non requirit utramque praemissam certam, scilicet utramque fidei, aut alteram evidentem, atque ideo habitus, qui inclinat

ad conclusionem certam distinguitur ab habitu, qui inclinat ad conclusionem incertam deductam ex una fidei, et altera probabili.

Dubitant 2° an conclusio deducta ex duplici praemissa de fide sit theologica, vel quid de fide sit? Ista difficultas deducitur ad casum, in quo utraque praemissa est revelata, ut in hoc syllogismo: omnis Apostolus accepit Spiritum Sanctum, Petrus est Apostolus: ergo accepit Spiritum Sanctum. Ante resolutionem advertendum est, discursum, et illatam duplicitur se posse habere in ordine ad assensum: 1° formaliter, 2° praesuppositive: formaliter se habet quando influit assensum conclusionis ex vi illationis, et connexionis obiecti conclusionis cum obiecto praemissarum. Praesuppositive vero se habet, quatenus antea requiritur ad cognoscendum obiectum revelationis, vel quod contineatur in revelatione, quia per ...; qui non sunt conclusiva, et ideo requirimus aliquas ..., quae intelligatur obiectum revelatum.

Prima sententia affirmat assensum esse fidei catholicae. Ita Pater Hurtado disp. 10 de fide sect. 4, et alii apud ipsum, qui § 3° supponit dari aliquem, vel alios syllogismos antequam veniamus ad syllogismum, de quo agimus, videlicet quidquid Deus revelat est verum; et Deus revelat omnes Apostolos accepisse Spiritum Sanctum: ergo verum est. Et iterum: et Deus revelat Petrum esse unum ex Apostolis; ergo verum est esse talem. Hae praemissae, quae in his syllogismis sunt obiectum materiale, in nostro syllogismo sunt obiectum formale quasi immediatum, et authoritas divina revelans est obiectum formale mediatum, inquit Pater Hurtado ad eum modum, quo in 1a specie conclusio est demonstratio a priori, in qua ... radicatur per demonstrationem, praeter quale; in 2a vero demonstratio est praemissa, et ratio formalis assentiendi, ex qua invisibile demonstratur.

Nihilominus sit nostra 1a conclusio: assensus deductus ex duplici praemissa fidei non est actus fidei, et conclusio theologica. Ita D. Thomas, Pater Suarez,

Et alij apud P. Cardinalem de Lugo de fide disp. 1ª sect. 13 §. 2. probat: omnis actus fidei debet habere pro objecto formali adeptam authoritatem Divinam obscure revelantem; sed assensus ille quatenus est conclusio formaliter non habet pro objecto formali adeptam authoritatem Divinam obscure revelantem: ergo ille assensus non est assensus fidei. Major constat ex materia de fide. Minor probatur, et ostendo assensum illum nullo modo habere pro objecto formali authoritatem Divinam obscure revelantem, id quod ex propriis principijs Patris Hurtado; quia objectum remotum non est ratio formalis conclusionis deductae ex objecto materiali illius objecti formalis remoti; sed authoritas Divina revelans est objectum formale remotum conclusionis deductae ex objectis revelatis: ergo assensus deductus ex objectis revelatis, eo ipso quod tantum objectum materiale fidei non habet pro objecto formali authoritatem obscure revelantem.

Major constat ex eo, quod, ut dicitur in materia de fide, objectum formale debet esse notius, et nullo modo debere esse objectum formale mere impulsivum. Confirmatur ex eo, quod quando inferimus discursum ex objectis materialibus alterius discursus, tunc est alia series cognitionum, et conclusio secundi discursus non habet pro ratione formali rationem formalem primi discursus; et ideo colligimus esse aliam speciem, quia hanc non cognoscimus, nisi assentiendo authoritati Divinae revelanti, et per authoritatem hujus Ecclesiae, quae actualiter non cognoscitur; est enim objectum formale remotum; sed ita se habet in modo casu authoritas Divina revelans, ut ex propria conceditur Pater Hurtado, ergo [illegible] ex ejusmodi syllogismo, de quo est quaestio: ergo authoritas Divina revelans non est ratio formalis illius assensus, et consequenter non est assensus fidei.

Dices: syllogismum [illegible] re aliomodo disponi, scilicet: omnis Apostolus accepit Spiritum Sanctum, quem Deus revelat; sed Petrus est Apostolus, quem Deus revelat: ergo Petrus accepit Spiritum Sanctum, quem Deus revelat. Ubi in conclusione expresse ponitur authoritas Divina revelans, utraque formalis assentiendi.

Sed contra est, et imprimis

-reo quaestione in ea de syllogismo non disputo, sed que a nobis est non disputetur. Deinde adhuc ille assensus est fidei Catholicae, cum illi obstet argumentum semper factum; quod conclusio illa non habet pro obiecto formali adequato authoritatem divinam obscure revelantem: ergo non est assensus fidei Catholicae. Antecedens probatur: illud est obiectum formale alicuius assensus, quod intellectum movet ad assentiendum; sed ad assentiendum illi conclusioni non solum movet authoritas divina obscure revelans, sed etiam connexione obiecti conclusionis cum obiecto praemissarum, quae nullibi revelata est, et quae solo naturae lumine cognoscitur: ergo obiectum formale illius assensus non est sola authoritas divina revelans, sed aliquid aliud.

Probatur minor: etsi gratis demus, quod possit intellectus assentire conclusioni illi, non attendendo ad bonitatem illationis obiectivae, quae est dicta connexio, nihilominus nulli potest esse dubium voluntatem posse applicare intellectum ad assentiendum propter ipsam connexionem, et tunc certum est actum, quo intellectus assentitur propter illam connexionem distingui a parte rei ab actu, quo assentitur propter solam authoritatem divinam obscure revelantem; et actum, quo homo assentitur propter illam connexionem vocamus conclusionis formaliter, alium autem solum materialiter: ergo assensus conclusionis formaliter habet pro obiecto formali connexionem illam, et non solum authoritatem divinam obscure revelantem.

Minor probatur: actus, quo intellectus necessitatur ad assensum conclusionis post assensum praemissarum vocamus assensum conclusionis formaliter; et actus, quo ita necessitatur intellectus habet pro obiecto formali connexionem illam: ergo assensus conclusionis formaliter habet pro obiecto formali illam connexionem. Maior certissima est ex definitione syllogismi, quia est oratio, in qua quibusdam positis aliud quidpiam ab illis necesse est sequi, id est, in qua concessis praemissis necessitatur intellectus ad assentiendum conclusioni; minor meo iudicio evidens est; si enim aliquis non recte percipiat

connexionem illam, vel si illa connexio non sit recte disposita, in necessitate ad concedendam conclusionem, ut est evidens experientia in hominibus, qui non percipiunt illam connexionem. Et sic in hoc syllogismo, in quo non recte disponitur illa connexio: omnis Apostolus immediate accepit Spiritum Sanctum; et Petrus est Apostolus, ergo accepit Spiritum Sanctum; licet enim consequens sit certissimum, et de fide, ideoque sit concedendum, nihilominus consequentia non est bona, et negatur, quia medius ille immediate qui ponitur in maiori, et pertinet ad maiorem extremitatem debebat poni in consequentia, ut recte informaret connexio, vel illatio illa obiectiva movet ad assentiendum conclusioni ut tali.

Vel negamus consequentiam post concessas praemissas, licet concedamus consequens; non enim reddimus aliquam rationem, nisi quia non bene infertur ex praemissis, quia non bene connectitur cum obiecto obiectis obiectum praemissarum: et est dicta quod licet concedimus consequens, ideo concedimus, quia bene infertur, et bene connectitur, ergo ob connexionem obiecti praemissarum: ergo connexio illa fovet ad assentiendum conclusioni ut tali formaliter. Sectio 2a argumentis respondet, et loca enumerat theologica.

Sectio 2a

Argumentis respondet, et loca enumerat Theologica

Obiicitur 1o Pater Hurtado: ex hoc sequeretur nullum credere fide Catholica, quod credit obiectum revelatum propter auctoritatem Divinam revelantem; et hoc est absurdum: probatur sequela. Nam maior; quia ad credendum nos movet non solum auctoritas Divina revelans, sed connexio eius cum auctoritate Divina revelanti, cum obiecto revelato, et propter auctoritatem Divinam movet nos connexio illa: ergo etiam cum credimus propter auctoritatem Divinam revelantem obiectum immediate revelatum non assentimur illi fide Divina. Ratio

Respondendo maiorem: ad minorem probando distinguo 2am partem maioris: connexio, quae est ex-

Connexionem autem cum alijs divinis revelationibus, nego minorem quae est in-
trinseca, et aequalis illi, quatenus est ratio formalis illi credendi; Secundo ma-
iorem: et aliter distinguo minorem: est extrinseca connexio cum revelatio-
nis Divinis: Secundo minorem: quae est connexio intrinseca, nego minorem. Ita-
que authoritas Divina revelans movet nos ad utrumque, et quia revelatio con-
tra connexio cum illa revelationis cum objecto revelato nihil est aliud,
quam veritas revelationis: in syllogismo autem illo connexio est extrin-
seca revelationi, quia non est connexio revelationis cum objecto revelato, sed connexio
intrinseca objecti revelata, quae est omnino, et adequate distincta ab authoritate
Divina revelante.

Obijcies 2.o habitus per se infusus attingit immediate
objectum materiale, quod adequate cognoscit dependenter a suo objecto
formali primario; sed fides Catholica est habitus per se infusus: ergo im-
mediate attingit objectum materiale, quod adequate cognoscit dependenter ab
authoritate et revelatione Dei. Maiorem probat exemplo charitatis, quae
uno simplici habitu amat Deum propter ipsum, et homines propter Deum; homini
procurat bona supernaturalia propter ipsum Deum. Sic respondent hanc ac-
tus ejus materia objecta realiter distincta cum dependentia 3.i objecti a 2.o, et
2.i a 1.o

Primus amor est in Deum propter ipsum, 2.us est proximus diligendus,
et dependenter ab amore Dei, quia 2.us actus habet pro objecto materiali
proximum; Deum vero pro objecto formali movente ad ipsum: 3.us actus est circa
bona supernaturalia, qui actus derivatur et a 1.a radice ab amore Dei 1.o,
immediate 2.o, derivatur ab amore proximi. Itaque sicut Deus in ratione
objecti est causa totalis illius 3.i actus, neque solus actus amoris Dei
est prius quam actus 3.i actus, [illegible] ad quos concurrunt et
amor proximi ut prius actus et proximus ipse, ut objectum: sed isti
3. actus, et objecta hoc ordine attinguntur eadem in habili cha-
ritate in Deum, ut est dicens Sanctus Thomas ita per eundem habi-
tum per se infusum attingit 3.m objectum materiale, quod dependenter ut ab
objecto adequato primario ab objecto ipsius habitus.

Respondeo disti-

Resp. distinguendo maiorem: habitus qui infusus attingit immediate obiectum male, quo adiste operatur dependenter à suo obiecto formali primario, ita, ut ab illo [illegible] dependeat, concedo maiorem: si adiungat aliud obiectum formale, nego maiorem: itaque ex illa deductione, vel non attingat obiectum formale fidei, vel addat aliud obiectum formale, ut probatur ex non pertinet ad habitum fidei, et ad habitum Theologiae.

Ad quas dico, nec illos actus qui hic proponuntur à P. Hurtado non pertinere ad habitum Charitatis Theologicae, et 3.um pertinet ad Charitatem moralem, vel ad aliquam virtutem quae versatur circa hoc: ut autem pertineant ad Charitatem Theologicam, ita debent disponi ut ametur Deus propter se, et proximus propter Deum, et proximo ut fine quo amato propter Deum velimus bona supernatualia non propter ipsius proximum, sed propter Deum; si enim amamus illa bona propter proximum, iam non est actus Charitatis Theologicae, neque adiungetur aliud obiectum formale extraneum. Et hoc est de sola ratione Theologiae, et non illa, quam supponit Hurtado.

Sed iam ad loca Theologica veniamus: loca Theologica vocantur sedes, unde argumenta sumimus ad probandas conclusiones Theologicas; sunt enim termini [illegible] quas assumit intellectus ad firmandas veritates Theologicas, et errores refutandos. [illegible] in assignando [illegible] locorum, ex quibus sumunt argumenta Theologi, [illegible] D. Thom. 1. p. q. 1. ar. 8. ad 2.um quatuor tantum assignat loca, scilicet auctoritatem Divinam, dicta Sanctorum, [illegible] aut auctoritatem Doctorum, ad quae loca possunt reduci omnia, quae ad [illegible] et [illegible].

Inter alios magister Canus Dominicanus scripsit [illegible] libros, ubi decem assignat loca, de quibus multa [illegible] tractat, qui non [illegible] à [illegible]. [illegible] longe à [illegible],

Sacra Scriptura, 2um auctoritas traditionum, 3um omnis Eccle-
siae Catholicae, 4um definitiones Conciliorum, 5um decreta Pontificum, 6um Sanctorum
Patrum, 7um doctrina theologorum Scholasticorum, 8um ratio naturalis, 9um
dicta Philosophorum, 10 historiae humanae. Quibus duo alia ad-
iungit idem Doctor, libri scilicet auctoritatem Angelorum, et auctoritatem
revelationum privatarum. Sed auctoritas Angelorum reducitur ad sacram Scrip-
turam, quia loquitur libri de auctoritate Angelorum, quae continetur in Scriptura,
ubi loquuntur Angeli tanquam Dei nuntii; auctoritas autem revelationum pri-
vatarum reducitur ad Philosophorum auctoritatem.

Sed et quamvis loca
non nulla advertenda sunt. 1um est, sub ratione auctoritatis Divinae
quinque loca comprehendi ab Angelico Praeceptore, imprimis enim
traditiones sunt verba Divina non scripta, et traditio, et eandem
auctoritatem continet ac verba Dei scripta, nempe Scriptura Divi-
na. Praeterea 3um et 4um locus reducuntur ad 5um scilicet auctoritatem
Pontificum, quia ut omnis Ecclesiae, et definitiones Conciliorum habeant infallibilem
auctoritatem, ut communiter dicunt theologi, debet namque acce-
dere definitio Pontificis, ut constat ex materia de fide: definitio autem Pon-
tificum pertinet ad auctoritatem Divinam; quia illud, quod definit Pon-
tifex, defendendum est tanquam dogma fidei ex infallibilitate
sua, quippe definitio Pontificis est revelatio quaedam divina, et reve-
datur ad divinam auctoritatem loquentis per Pontificem tanquam
per organum Spiritus Sancti.

Circa 6um adverte quod quando Patres
omnes conveniunt in explicatione, aut intelligentia alicuius loci
divinae Scripturae, habent auctoritatem talis rei, ut nullus aliter
possit intelligere, aut dubitare, aut interpretari talis sensus.
Solum quia ita praecipit Concilium Tridentinum sessione 4a de editione sacrorum
Librorum, ubi prohibet ne quis contra unanimem consensum Patrum
ipsam Scripturam sacram interpretari audeat, et supponit talem ex-

plicaôs Patrum ē verq, et certq, dignq q̄ ēē gravi censura, qui ita audent. Comunis est Omnium Theologorum certq fuit Contra duos Theologos. quod ā erit temerarius, qui opponeret Omni Theologorum Scholasticorum. Vbi in mā de fide. Vbi agit de qualitate censurarum. Advertit tr optime P. Vasq. 1a p. disp. 11. cap. 3. nō 5. māx certitudinem, quam tunc hēt illa rā, l. Conclusio, ā fundari in autoritate illorum, et in principio, in quo conveniunt.

Circa vltima loca notant Contra DD. illa ēē adscriptitia, eorum principia theologiae. Quod advertit, quod rationalis ... ē eadem, ... ē sufficientissima, si adiungat alterna promissa fidei ad conservandam certissimam et confitendam in Conclusio Contra duos fidei. Dicitur aut loca adscriptitia, et ā principia theologiae, quod communis ē aliis suis rationibus: authoritas contra duos theologos et Philosophorum ā principia pertinet ad theologiam, neque ex ista colligitur Contra duos certa et theologica, et solum probabilis. Tandem historia humana ē conclusio naturalis, ut cognoscamus defectus Conciliorum, nisi enim credamus annis superioribus hūidenti congregatum fuisse Concilium Generale, et approbatum à summo Pontifice, nō admitemus defectum Conclusionis. Sectio 3a quid sit sensus literalis, et quid misticus.

Sectio. 3a

quid sit sensus literalis, et quid misticus.

Sacrae Scripturae sensus ē illud, quod autor, qui Scripturae significat Deus nempe. 1a et vlissima divisione dividunt DD. sensum Scripturae in literalem, et misticum. Et hanc omnes Catholici affirmant ēē duplicem illum sensum, ā tr omnes conveniunt in ea ... explicanda nā.

Sed utrumque tota facilius intelligat advertendum ē ergo, intellectum dupliciter loqui, verbis scilicet, et rebus: vocibus Contra loquimur: rebus ā aliquando hōes exprimunt internum mentis conceptum, quae ē locutio quaedam, quo loquendi mō frequenter utebantur Egyptii mediis suis symbolis, et gieroglifiis. Quarum quaedam ē locutio methapho-

phorica, et quaedam propria: metaphorica est, in qua vox ex propria significatione ad impropriam transfertur. taliter autem, ut non solum significet immediate rem, ad quam significandam primo imposita est, sed etiam rem impropriam, ad quam significandam translata est, seu secundario imposita est; adeoque impropriam non significat media re propria: v.g. vox ridere primo imposita est ad significandum actum passionis humanae: deinde translata est ad significandum prati viriditatem, seu amoenitatem. itaque prati viriditatem non significat mediante mente seu risu hominis. ita ut immediate significat risum hominis, et actum ridendi: et medio illo prati viriditatem, et immediate significat viriditatem prati; et risum hominis alterum metaphorice, et proprie alterum.

Prima sententia est Nicolai de Lira prolegomeno ~~postille~~ postillae biblicae asserentis sensum literalem proprie esse illum, quem per voces scriptura significat. misticum vero quem per res vocibus significatas exprimit. Addit vero aliquem scripturae locum carere sensu literali, et solum habere misticum, quoties utitur metaphora, seu parabola, velut cum dixit Christus Matthaei 5o si manus tua scandalizat te, abscinde illam. Et Iudicum 9o ierunt ligna, ut ungerent super se regem.

2a sententia est Abulensis in cap. 13 Matthaei quaestione 28, ubi significare videtur sensum literalem eum esse, quem auctor ipse scripturae significare vult, sive illum immediate significet per voces, seu mediate per voces, et immediate per res vocibus significatas. Ex quo videtur colligere Abulensis contra Doctores nullum sensum misticum esse intentum a Deo, et omnes ex Doctorum arbitrio, et voluntate pendere.

3a sententia, quam propugnat Pater Vasquez 1. parte disputatione 15. capite 3. asserit, sensum literalem esse illum, quem auctor Scripturae Spiritus Sanctus per verba, sive sub propria, sive sub metaphorica significatione significare voluit. quam sententiam optime explicat, dum sensum literalem esse, quem 1o ipsis vocibus immediate significat non mediatis rebus: quae significatio potest esse, vel communis, et usitata, vel metaphorica, et propri-

ficao etz methaphorica e vera. De usitata significaõ nulla pot ee dubitatio, quod possit significare immte rg, et eat vera, et ideo possit hre sensu literalẽ.

De methaphorica, et parabolica tota e dificultas, et pbat. q methaphorica locutio significat immte, n solu id, ad quod pprie significandu 1o imposita e, et etz id, ad quod translatiuè significandu imposita e, Subtoq, de quo methaphoricè pdicat, n attribuit pprius significaty, at medio illo impressu, et solu attribuit significatuz ad quod translatu e; et de illo Subto verè affirmat, pnaty, et significatu, ad quod translatu e: g locutio methaphorica hẽt sensu significatu immte. Maior stat ex dictis. §. superiori, et ut res tota. Pa minor: q de prato verè affirmat, uiriditas, que significatur immediate, et methaphoricè p risu, et de Deo affirmat intius. qui methaphoricè significat p oculu: g pot hrẽ sensu literalẽ.

Pt ultima coa; q ideo ma aduersaris n pot hrẽ sensu literalẽ, q immte significaty eet flz; et n e flz: imo si pdicaret, ut existimat Syrany, eet flz; nq oculus quatenus significat organu corporau uidendi nullo mo poterat pdicari de Deo, neq in ordine ad se, neq in ordine ad aliud, q nullo mo Deo conuenit: p solu pdicat intius: g locutio methaphorica hẽt sensu literalẽ, et e uera p rem, quã significat, immte p uoc; n eny e nam, quod omne, quod significat uox attribuat subto, et suffit quod aliqd attribuat, q talia sunt prata, qualia pmittunt a su[...] quo manet solutu fundu opp[...]e sententie.



[...] pot ee dif[...] sensu literalis locutionis parabolice; uidet, eny ee flz sensu m[...], et ideo recurrendu ee ad sensu moralẽ; nq quomo pt ee uera locutio Iudicu 9: ierunt ligna, ut ungerent sup se regi-

quidem sensum, qui significatur per verba immediate, sylvas voluisse eligere regem; quod est illis attribuere actum intellectus et voluntatis; quo quid absurdius?

Quae difficultas ut facilius explicari: parabola proprie affertur ad aliquid explicandum, ideoque duplex est sensus, unus rei, quae affertur in similitudinem, alterius, ad quam explicandam affertur, et ad quam applicatur: v.g. parabola illa Matthaei 13: simile est regnum coelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit. Litteralis primus est, in quo significatur factum mulieris, quae ex fermento, et farina massam format, ut fiat panis, et haec est res, quae adducitur in exemplum. Secundus est, in quo datur applicatio illius exempli nempe efficacia verbi evangelici. Sed in parabola aliquando adducitur aliquod factum, quod de facto accidit, aliquando adducitur factum, quod licet de facto non acciderit, potest tamen accidere, vel non implicat quod accidat. Aliquando etiam affertur aliquid, quod est impossibile ita ut accidere non possit, ut est parabola illa de arboribus volentibus eligere regem.

Aliqui asserunt, in parabolis, in quibus affertur res, quae de facto accidit, haberi sensum litteralem ex utraque parte, et rem quae significat, et rem, quae adducitur in exemplum, et rem, ad quam explicandam adducitur. In parabolis autem, in quibus adducitur aliquid, quod de facto non accidit, et multo magis in quibus adducitur res impossibilis, dicunt sensum litteralem esse solum eum, ad quam explicandam adducitur res illa ficta, seu impossibilis. Rationem quam reddunt; quia sensus litteralis parabolae debet esse verus; sed parabola illa ad primum illum sensum non potest esse vera, si significet rem illam, et nihil aliud, quam narratur quasi accidisset id, quod non accidit, imo est impossibile: quo sensu perditur parabolam esse falsam. Dicunt ergo primum illum sensum in tali parabola non significari illud obiectum nempe illud factum, et eandem rem, quae pr-

Rea explicat.

Sed mius ista dicendi ratio videtur indigna; quia in tali parabola est similitudo; et omnis similitudo est inter duo extrema: ergo in tali parabola est duplex distinctus significatus unus sub altero; quia similitudo illa est distincta in realibus, quae omnia sunt disimilia, et in ostensis significatis. Atqui sit tamen significavent id, ad quod explicandum affertur parabola non habent duo obiecta: quod indignum diceretur, hoc est, illi sibi.

Quare dicunt alij in parabola esse duplex significatum immediatum. Secundum est obiectum, quod adducitur ad explicandum: alterum res, ad quam explicandam assumitur, et inter quas affirmatur similitudo: quomodo autem sit vera utraque pars non est difficile explicare, et in parabolis, in quibus affertur vera historia dubium non est, ut adversarii fatentur: in aliis autem dicere secundum partem parabolae esse propositionis conditionis implicitae, et esse idem, ac si clare diceretur: si posset hoc accidere, nam conditionalis nihil ponat in esse, sequitur propositio non esse falsa, atque ideo utraque pars parabolae est vera, et continet res veritatibus quae habet sensum literalem. Ita videtur explicare [illegible] disp. 15. cap. 4. videturque mihi probabilior sententia.

Ex quibus facile colliges, quis sit sensus mysticus; est enim qui non significatur proprie vocibus, sive usitate, sive metaphorice sumptis, et rebus per se immediate per voces significatis, atque ideo mediate significatur per voces, quod patet ex cap. 21 num. ubi Moyses exaltavit serpentem aeneum, et posuit eum pro signo. Sensus literalis huius loci est ipsum Moysis factum; mysticus autem, quod significatur illo facto, nempe Christus crucifixus, ut explicavit Christus Dominus apud Ioannem dicens, et sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Atque iste sensus sub rebus significatis quasi sub umbra, et figura delusus est, dicitur mysticus,

hoc ē, arcanū, et reconditus: dicitr etiā Spiritualis, eo quod lateat sub rebus, ut sub corpe anima. Sensus à literalis dr, etiā historicus.

Sensus misticus ulterius dividitur, ē q. triplex: 1us allegoricus cū historia veteris testamti aliquid significat gestū in novo. 2us ē Tropologicus, cū p ea significata mores componuntr dr q moralis, q ē in ordine ad mores componendos. 3us ē anagogicus, sive sursū ducens, cū beatæ vitæ felicitas p ea significata vocibus exprimitr. Exemplū hētr in Ierusalē, quæ ad literā significat civitatē Iudææ, allegoricè Ecclesiā, Tropologicè aīā justi, anagogicè coelestē patriā, quos omnes sensus cōprehendit Sysanus his versibus.

Litera gesta docet, quid credas allegoria,
Moralis quid agas, quò tendas, anagogia.

Praeter hos sensus ē alius dictus accommodatitius, sive accommodatus, et ē cū verba Scripturæ accommodantur, p̄a, existimatos usurpantis, et accidit, qdo id, quod dictū ē à Deo de uno subito dicitr de alio. Sic Ecclesia sæpe in officio beatæ Mariæ accommodat, quæ de Divina Sapia referuntur; atque, illud, quod de Noe dicitr Ecclesiastici 44, qui inventus ē justus accommodat confessoribus. Sectio 4a an idē Scripturæ locus possit hēre duplicē sensū, alterū literalē, et alterū misticū, l. duos literales?

Sectio. 4a

an idē Scripturæ locus possit hēre duplicē sensū, alterū literalē, et mysticū alterū, l. duos literales?

Cū in superioribus explicatū sit quid literalis sensus, et quid misticus sit, restat inqui-

quirendus, an idem Scripturae locus habere possit duplicem sensum ab Spiritu Sancto intentum, unum misticum et literalem alterum, vel duos literales? est enim quod varia videamus Scripturae interpretari, et ex illa argumenta depromere theologica, quae fundari debent in scriptura Dei, a Deo revelata; alias enim non esset infallibile argumentum, si fundaretur in aliquo sensu a Deo non revelato, nec intento ab ipso.

In re ista primus fuit error Origenis relati ab Eusebio libro 3o historiae capite 13, qui libro 3o adversus Christianos impudenter irridet multiplices ac varias Scripturae interpretationes. hoc eodem blasphemiae spiritu videtur actus Erasmus in Epistola ad imperatorem, quam praefixit libro paraphrasis; deinde Lutherus sequitur hunc errorem, quem favere videtur Abulensis quaestione 37. in cap. 2. Mathaei, ubi asserit nullum misticum sensum esse intentum ab Spiritu Sancto, sed omnes esse fictiones concionatorum. idem docuit quaestione 28. in cap. 13 Mathaei, sed Abulensis in re decidit contra sententiam, et solum, ut videmus, negat esse sensum mysticum, quem res immediate significatae, et mediate voces, quod ille vocat literalem, et ideo concedit Spiritum Sanctum intendere etiam sensum illum mediatum vocum.

Dicendum tamen nostra conclusio est: eundem locum posse habere duplicem sensum alterum literalem, et alterum misticum intentum a Spiritu Sancto. ita docent theologi cum S. Thoma 1a parte quaestione 1a art. 10. Cayetano, et aliis, quos refert Pater Vazquez disp. 13. cap. 2. et ratio est manifesta; quia non solum vocibus possumus significare res, sed etiam rebus ipsis significatis per voces; id sit multo magis potest Deus significare, qui est infinite sapiens, et fecundus in disponendo; atqui sensus literalis est res immediate significata per voces, et sensus misticus est res significata per res voce expressas: ergo respectu eiusdem loci Scripturae potest esse sensus literalis et misticus. Minor meo iudicio est evidens ipsa experientia; nam apud hospites ramus ante tabernam est signum ad plausum vini vendibilis, quod etiam per inter-

pente aeneo eleuato à Moise. Quod etiam res una possit aliquid significare patet in Sacramentis nouae legis; quia ablutio mali significat iustificationem per gratiam: ergo potest dari sensus literalis, et mysticus in eodem loco.

Circa 2am partem difficultatis maior potest esse difficultas, et cum sensus literalis maxime deseruiat argumento theologico, uidendum est, an idem locus possit habere duplicem literalem sensum, vel plures. Ex qua propositione seruata colligi poterit, an habere possit plures sensus misticos. Hac in re 1a sententia est Michaelis de Medina lib.o 6. de recta fide in Deum cap. 25. affirmantis in Scriptura Sacra eundem locum nunquam habere plures sensus literales. et ut uideatur Medina loqui de facto in conclusione, non nullas tamen illius probationes idem de possibili uidentur suadere, quare primus de possibili inquirendum, et postea de facto.

Sit nostra conclusio: potest idem locus Scripturae habere plures sensus literales. Est communis Doctorum sententia excepta à Sto. Augustino lib.o 12 Confessionum cap. 30. et 31. Sto. Thoma ubi supra, eandem et alij defendunt apud P. Suarez 9. 2. 1. parte disp. 13. cap. 2. et sequentibus: intantum idem locus potest habere plures sensus literales in quantum eadem uox potest significare immediate plures res, et utens illa uoce intendit significationem illam multiplicem; sed una uox potest ita se habere: ergo idem locus potest habere plures sensus literales. Maior est euidens ex definitione sensus literalis. Probatur minor, et in primis quod eadem uox possit significare plura, patet in uocibus aequiuocis; nam uox gallus significat hominem in Gallia natum, et auem, et potest accidere, quod author in scribendo intendat uocibus significare unum, et amanuensis aliud, et Deus intendat significare unum, et prophetans aliud dicere, ut patet ex illo Ioannis 11o ubi loquens Caiphas de Christo Domino inquit: expedit uobis, ut unus moriatur homo, ne tota gens pereat.

Obiicies: certissimum est illum esse prophetiam, ut patet ex ipso textu: hoc autem a semetipso non dixit, sed cum esset Pontifex illius anni, prophetavit. quare verba illa dictata fuerunt a Spiritu Sancto, et tamen certum est, non intendisse idem Caipham, et Spiritum Sanctum. nam Caiphas existimabat expedire, ut Christus Dominus non moreretur, ne totum Iudaeorum genus deleretur a Romanis; atque ideo loquebatur solum expedire Iudaeis ad liberandum eos a Romanis; at vero Spiritus Sanctus significabat expedire, ut Christus Dominus moreretur, ad liberandum totum genus humanum a peccatis, et Daemonis servitute: quando vox potest significare plura, quatenus quae habeat in se virtutem determinatam intelligendi et loquendi: pro ultra potest accidere, contingere idem locum posse habere plures sensus literales.

Sed obiicit 1o Medina: nulla necessitas est ponendi duos illos sensus: ergo non est ponendi. Probatur antecedens quod intelligeretur, quod duos illos sensus literales, potest intelligi quod unum literalem, et alterum spiritualem: ergo nulla est necessitas ponendi duos illos sensus literales. Respondeo Distinguo antecedens, nego consequentiam: quod duo illi sensus non ponuntur ex aliqua necessitate, sed ex libertate Spiritus Sancti. et quia possunt duo illi sensus convenire eidem loco, illos admittimus.

Obiicit 2o Sacra Scriptura non se habuit, ut amanuensis, qui non intelligit mentem Spiritus Sancti, sed percepit, quod ille voluit significare; atqui Scriptura sacra non habuit sub una voce duos sensus; id ergo est patet scribentium consuetudine: ergo neque Spiritus Sanctus illa voce intendit significare duas res.

Si autem, iste loquatur in materia non idem de facto, nunc est dependens, illum non est ascendit: quia bene potest Deus movere aliquem hominem, ut scriberet aliquid, quod loqueretur non cognoscendo, quod Deus intendebat significare per tale locutionem, ut Scriptura, ut accidit in Caipha, sicut inde ut ex nostra probatione deinde. Secundo

loquendo de facto propheta semper intelligit res a Deo sig-
nificatas, et intendit ipse propheta signare id, quod Deus sig-
nificat illis signis. Et in hoc sensu credo maiorem, et neque minorem;
et neque est esse doctrinam Driedonis scribentis; quia multoties homines in-
tendunt plura significare eisdem verbis, et licet gratis daremus,
id esse fortem Driedonis hominis naturaliter scribentis, non tamen probari
potest, quod id non possit accidere hominibus, quos Deus specialiter,
et extraordinarie movet, lumine excellentissimo prophetiae.

Pro-
batur 3o: si sub eadem litera continentur plures illi sensus Scripturae, ni-
hil haberemus certum in Scriptura Divina, quo firmiter conclusiones The-
ologicas probare possemus, quod quia non videtur esse admittendum, ergo
non potest idem locus illa habere plures sensus literales. Respondeo negando
antecedens: quia posset Deus manifestare Ecclesiae utrumque sensum, et eri-
mus certi de utroque sensu: quia cum Spiritus Sanctus in nullo sensu pos-
sit mentiri, tam certum esset in uno, quam in altero; et si non
sciremus certo, utrum uterque sensus esset literalis, non possemus ar-
guere ex illo ita certo, ut possemus eliciere certas conclusiones
Theologicas; quod nullum est inconveniens: neque etiam si locus Scripturae
significat duos sensus literales, et tamen unus, si non cognoscamus
certo, et infallibiliter illum esse sensum literalem; quia id nobis non expli-
cavit auctoritas Ecclesiae, non possemus ex illo sic conclusiones Theologi-
cas deducere.

Ex quibus omnibus sequitur manifeste, posse eun-
dem locum habere non solum duos, aut plures sensus literales, et etiam plu-
res sensus mysticos; quia non solum una vox potest significare plura,
et eadem res significata per vocem potest etiam significare plures
ad placitum, ut ex se est evidens.

Sed restat dubium, unde sciatur u-
num locum habere plures sensus literales? Respondeo imprimis certum est

certum est hactenus definitum non esse ab Ecclesia eundem locum habere plures sensus literales, aut mysticos: est tamen communis Doctorum sententia, Scripturam in multis locis habere plures sensus literales, vel mysticos. qui tamen sint loci illi potius ad Scripturistas, quam ad theologum Scholasticum spectat indagare. Vide Patrem Vasquez disp. 18, et Patrem Salmeron prolegomeno 8, qui plures congerunt.

Tandem colliges: quod quoties certo constat locum Scripturae habere hunc sensum literalem, aut mysticum, potest theologus evidenter colligere certam conclusionem theologicam. Ratio est, quia sensus literalis, aut mysticus est intentus a Deo, et significatus ab ipso; sed omnis sensus intentus a Deo est infallibilis; quia Deus utpote prima veritas in dicendo neque falli potest ratione infinitae scientiae, neque potest fallere ratione infinitae rectitudinis, et bonitatis: ergo cognito sensu literali, vel mystico potest theologus ex illo colligere certam conclusionem theologicam adiuncta alia propositione fidei, vel evidenti lumine naturae: quia ex praemissis certis certa quoque colligitur conclusio. Quaestio 3. an theologia sit scientia et an practica, vel speculativa? Sectio 1a circa 1am partem difficultatis resolvitur quaestio.

An Theologia sit quaestio 3a scientia, et an practica, vel Speculativa?

Sectio. 1a.

Circa 1am partem difficultatis resolvitur quaestio.

Diversimode in praesenti difficultate Doctores opinati sunt, et in varias abiere sententias. quidam affirmant theologiam esse scientiam aliis id negantibus. Doctores autem qui affirmant theologiam esse scientiam varie divisi sunt; quidam enim concedunt evidentiam theologiae, et hi tractant quaestionem de re; alii vero dicunt non esse evidentem, esse tamen certam, hocque sufficere ad rationem scientiae, et hi me in dica contentionem ad nominare reducunt. Eorum qui concedunt theologiae evidentiam non omnes eadem gradiuntur via.

Quare scias varietate omina(?), suppo-
nendum est scientiam proprie sumptam posse dupliciter usurpari; 1o
strictissime prout usurpatur ab Aristotele 1o posteriorum cap.
2o, ubi ait: scientia est cognitio certa rei per causam, per quam res ex-
istant non demonstrat activa scheina(?), hoc est conclusio evidens deducta
evidenter ex principiis evidentibus. Et in hac acceptione neutrum est
cognitio divina in dici scientia, neque visio beatifica, neque intellectus, seu
habitus primorum principiorum dicitur scientia. 2o sumitur scientia magis
late in metaphorice, et proprie pro cognitione evidenti, in qua accep-
tione cognitio divina, visio beatifica, et habitus primorum princi-
piorum dicuntur scientia: et loquendo de habitu primorum principiorum solum ca-
ret ratione discursus, ut dicatur scientia strictissime, et 1o modo sump-
ta. Ex quo sequitur, quod si aliqua conclusio deducta ex aliquo
principio est scientia 2o modo sumpta, principium erit scientia.

Sit nostra conclusio:

Theologia non est scientia proprie dicta. Ita communiter theologi. Sco-
tus, Durandus, Molina, Arriaga(?), et alii. Probatur: quoties subiectum
aliquod caret aliquo praedicato essentiali alicuius speciei, nequit esse
sub illa specie; sed theologia caret aliquo praedicato essentiali scientiae:
ergo non potest esse sub specie scientiae. Minor, in qua est difficultas, probatur quia
evidentia est praedicatum essentiale scientiae; sed theologia caret evidentia, ut
ipsi concedunt adversarii: ergo theologia caret aliquo praedicato essentiali scientiae.
Maior probatur quia fides Catholica non est scientia; sed si evidentia non esset praedicatum essentia-
le scientiae, fides catholica esset scientia: ergo evidentia est praedicatum essentiale scientiae. Maior
admittitur ab omnibus, et minor meo iudicio est evidens; quia infide[les] ca-
rent(?) alia praedicata essentialia scientiae, et solum deficit illi evidentia. Et
ex eo, quod alicui subiecto deficiat aliquod praedicatum non essentiale alicu-
ius speciei, dummodo habeat praedicatum essentiale non sequitur non pertinere ad illam
speciem: ergo ex eo, quod fides catholica careat evidentia, si haec non sit
praedicatum essentiale scientiae, non sequitur non pertinere scientiae.

Confirmatur: quoties aliqua

aliqua conclusio deducta ex aliquo principio est scientia stricte sumpta, principium ipsum scientia est 1º modo; atqui adversariis conclusio theologica deducta ex actu fidei est scientia stricte: ergo actus fidei, qui est principium illius conclusionis erit scientia 1º modo sumpta. Major constat ex § 2º hujus Sectionis, minor est adversariorum tamen, consequentia est evidens ex adjuncta: ergo Theologia non est scientia.

Sed objicies 1º: Theologia appellatur scientia ab Apostolo ad Corinth. 13. sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur &c. Et cap. 12: alii datur sermo scientiæ. Sed Apostolus hic loquitur de Theologia: ergo ipsa est scientia. Respondeo a Divino Paulo appellari scientiam late magis Theologiam propter certitudinem, quam participat a fide, in qua certitudine maxime assimilatur scientiæ. Et eodem modo Augustinus lib. 14 de Trinitate cap. 1. Theologiam appellavit scientiam ibi: hac scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide. Vocat ergo Augustinus Theologiam scientiam late, et analogice, quod aperte fatetur Sanctus Thomas in 3º dist. 33. q. 1ª art. 2. quæstiuncula 4 ubi ita habet: si autem esset aliqua scientia, quæ non posset reduci ad principia naturaliter cognita non esset ejusdem speciei cum aliis scientiis, nec univoce scientia diceretur. Quare cum Sanctus Thomas 1ª p. q. 1. art. 2. 2ª 2æ q. 1ª art. 5. ad 1. Theologiam scientiam appellat, loquitur analogice, et late, non stricte.

Objicies 2º: ille actus est scientia, qui legitime deducitur ex principiis evidentibus, evidenter notis; atqui talis est discursus Theologicus: ergo est scientia. Minor probatur: ut aliquis discursus procedat ex principiis evidenter notis sufficit, quod sint evidenter nota alicui, ex ipsis qui habet talem discursum; sed principia, ex quibus deducitur discursus theologicus sunt evidenter nota Deo, et beatis: ergo licet non sint nota viatori, erunt sufficienter nota ad causandam scientiam.

Respondeo distinguendo majorem, nego minorem, ad cujus probationem nego majorem; siquidem requiritur ipsum habentem

Concludit, posset illam reducere ad principia evidentia evidentianota, ut aperte ait Divus Thomas, loquens de scientia proprie dicta q. 14 de veritate art. 9. ibi: quicumque scientiae propria, ac certas sua cognoscuntur resoluendo in 1a principia, quae per se sunt intellectui, et sic omnis scientia invisiona rei praesentis consistit. Ubi ponderandum est, per illas quae sunt per se intellectui intelligendas D. Thomam quae sunt evidentia intellectui, quia sua evidentia illum necessitant. Quod magis exprimit sequentibus verbis: scientia omnis in visionem rei praesentis consistit: rem praesentem vocat evidentem, quia non ignorat D. Thomas, posse etiam scientiam de rebus absentibus abstractive cognitis: vocat ergo rem praesentem, quod sicut res praesens debet per se visum ad sui cognitionem, ita similiter res evidens evidentia propria ad se, alio determinata debet intellectum, quod non faciunt res probabiliter, aut obscure propositae, quae indigent imperio voluntatis, ut intellectum determinet ad illarum assensum.

Obiicies 3o: ad pungendum, videtur, ac proprietatem scientiae satis est certitudo, seu firmitas, atque immobilitas assensus discursivi, etiamsi nunquam possit transire de vero in falsum, et hoc habet discursus theologicus: ergo est scientia. Maior probatur; quia ad veram rationem scientiae solum requiritur id, per quod scientia distinguitur directe, et adaequate ab opinione: sed ab opinione sufficienter distinguitur directe, et adaequate per certitudinem, seu firmitatem, ac immobilitatem assensus: ergo ad veram rationem scientiae solum requiritur certitudo, et immobilitas assensus. [illegible] minor: opinio est essaliter discursus inevidens, et formidolosus, quia ita est verus, ut possit esse falsus: ergo illa ratio per quam tollitur fraliter omnis formido, seu mutabilitas de vero in falsum est directe, et adaequate opposita opinioni: sed certitudo est ratio sufficiens ad distinguendum.

Resp., discursus ipsius esse falsum etiam, cuius falsitas provenit ex eo, quod illo utentes non distinguant inter debitum

altissimas, et infimas; ex eo enim, quod ratio sublimis distinguatur ab alio ratione utriusque subalternis, non sequitur illa duo constituere ultimo, et adaequate illam speciem; v.g. animal sufficienter distinguitur a planta per rationem sensitivi, et nihilominus ratio sensitivi non constituit ultimo, et adaequate hominem. Ex quo sequitur, quod licet homo sufficienter distinguatur a planta per rationem sensitivi, non tamen distinguitur adaequate per illam, quod etiam distinguitur per rationalitatem; ita similiter licet habitus, et discursus evidens sufficienter distinguantur ab opinativo per certitudinem, non tamen distinguuntur adaequate, et consequenter non constituuntur, inter evidentiam per certitudinem, et per claritatem, et consequenter licet habitus, et discursus scientificus sufficienter distinguantur ab opinativo per certitudinem; non tamen distinguuntur adaequate, consequenter non constituuntur inter scientifico per certitudinem tanquam per rationem adaequatam, et ultimam. Et quidem evidens, et evidentia constituere rationem, et discursus in aliqua specie habitus, et discursus, quibus habitus, et discursus adhuc sic constituti sufficienter distinguerentur ab opinione, non tamen ab habitu certo, et obscuro, qui non est scientificus; quia habitus, et discursus certus dividitur tanquam in duas species in evidentem et scientificum, et in non evidentem, et non scientificum, et obscurum, et certum. Atque ideo illud, quod addit argumentum in argumento, quod scilicet si discursus scientificus non esset evidens, tamen esset certus, distingueretur ab opinativa solum probat minorem; discursus quod evidens sufficienter distinguitur ab opinativa per certitudinem, non tamen probat adaequate distingui per certitudinem.

Hinc in forma ratio ad argumentum nego maiorem, ad cuius probationem transeat maiorem, et nego minorem, ad illius probationem concedo antecedens, et nego consequentiam; quod non distinguitur ab opinione non solum per certitudinem, sed etiam per evidentiam tanquam per rationem ultimam, et dici in fine, nec ad hoc sufficiat utraque certitudo. Et certitudo evidens, quam cum non habeat habitus theologicus, etiam si certitudinem habeat, scientificus non est. Contra autem constituere cognoscuntur ali-

quaestatis certis dico, quod non est evidens, dubitant [illegible], negant esse demonstratum; et mihi videtur non solum Aristoteles, et alii alios Gentiles talis habitus agnovisse; qui cognoverunt hoc primum lumine naturae verum: quidquid Deus dicit verum est. Deinde sibi persuadebant, Deum posse aliquid revelare hominibus; ideoque in rebus dubiis Deum consulebant, cuius responsa ut infallibilia oracula recipiebant: quo cognoscebant utrumque principium, ex quo actus, et dicuntur posse habere certitudinem, et obscuritatis. Sectio 2a resolvitur 2a difficultatis pars.

Sectio 2a

Resolvitur secunda difficultatis pars.

Praesentis difficultatis resolutio pendet ex aliis multis generalibus de natura praxis, et speculationis, de quibus in nulla dedimus in logica; hic autem breviter annotanda veniunt, quae ad praesenti sufficiant. Dabitur actus practicus, quia respicit praxim, sive operationem: operatio autem, et actio duplex est: immanens, et transiens: immanens manet in eodem principio, a quo fit, ut actio intellectus. Transiens est, quae transit in externam materiam, qualis est domus aedificatoria. Primus operationum vocatur stricte actiones: 2us factiones: et sic habitus practicus, qui versatur circa actiones 1i generis dicitur activus; qui vero versatur circa actiones 2i generis, dicitur factivus. Ita explicat Aristoteles 9. Metaphysicae, quam divisionem admittunt omnes Doctores cum divo Thoma. 6. Metaphysicae.

Dico 1o: cognitio practica est illa, quae versatur circa praxim ut praxis, id est, quae est principium sui obiecti. Haec est communis sententia Doctorum circa varias explicationes praxis. Iuxta autem hanc quaelibet cognitio, quae est principium sui obiecti, est practica, et [illegible] cognitio practica dicitur [illegible], et non sufficit, quod ex illa sequatur aliquod opus, et est natura, quod illud opus sit [illegible] tali cognitione

cognitionem; aliter enim omnis cognitio, et speculativa, esset prac-tica, quae non est cognitio, ex qua non sequatur aliquod opus invo-luntate. Habitus autem practicus est mixtus cognitioni prac-ticae.

Pro cuius pleniori intelligentia advertendo finem alicuius actionis, vel habitus esse duplicem: unum intrinsecum, qui dicitur finis operis, ut finis ar-tis picturae est pingere artificiose, dicitur etiam finis intrinsecus, quia ex natura sua ordinatur ad illum finem, et licet ab operante non ordine-tur ad illum, nihilominus ipse respicit illum finem; neque potest dispe-re cuius aliquis nobilis discere artem pingendi, quin illum nun-quam exponendi. Alter finis est extrinsecus, seu alius finis operantis, quia natura ex se non ordinatur ad illum finem, sed ex intentione operantis: ut finis Metaphysicae est contemplari, neque enim potest quis illam addiscens ordi-nare ad lucrum, et talis ordinatio est non per actum in Metha.

Dico 2°:

notitia speculativa est illa, quae versatur circa obiectum, illud respiciendo ut finem obiectum, quia non ordinatur ad illud efficiendum, quod explicant Doc-tores per hoc, quod est sistere in mera contemplatione sui obiecti, su-miturque ex Aristotele 1° Metha. cap. 1°, ubi ait finem contempla-tivi esse veritatem esse, practici vero opus. Ita Doctor Suarez in Me-thaphysica disp. 44. sect. 13. nu. 39. et alii communiter. Cuius ratio est quia intellectus duobus solum modis potest versari circa aliquod ob-iectum; 1° cognoscendo illud, ut efficiat, et det existentiam, vel in ordi-ne ad dandam existentiam cognoscat, et hanc dicimus esse cognitionem prac-ticam.

Secundo modo potest versari circa aliquod obiectum praecise per cog-noscendam eius naturam, sine ordine ad conferendam existentiam: ergo hoc modo versatur intellectus circa obiectum, dicitur sistere in mera contemplatione, et non procedi ad opus: ergo haec cognitio est speculativa; quod quo ali-quando ratio communiter dividitur adesse per duas divisiones, sicuti sub-

subiecto idem ratione sub illa ratione communi conveniet una doctrina, alteri subiecto opposito, vel diverso debet convenire alia doctrina; et cognitio ut sit scientifica adequate dividitur per duas practicam, et speculativam; et cognitioni, quae ordinatur ad opus convenit doctrina practica: per cognitioni, quae non ordinatur ad opus, et versatur, circa obiectum, quae, a cognitione alteri ipsa opposita convenit doctrina speculativa.

Hic communis circa praesentem difficultatem, secundum ratione docet theologiam esse habitum affectivum, quae ratione potest dupliciter intelligi: primo, non negetur esse practicum, vel speculativum, et affectivum appellatur propter excellentiam illius, quod illa dirigat ad affectum, et amorem Dei. Vult respectu, esse practicum, vel speculativum. Sed haec sunt quae unica theologi, et alii posteriori rerum loquuntur, asserunt quod theologia ita esse affectivum, ut neque sit practica, neque speculativa, et notant has duas non dividere suum adaequate;

Secunda ratione est Scoti quaestione 8a prologi § . igitur asserentis theologiam, quae versatur circa obiecta omnia naria esse practicam: de theologia autem, quae versatur circa Omnia Dei asserit: licet non esse practicum, et speculativum ex obiecto: licet in Deo esse simpliciter speculativum. 3a in Deo esse practica per accidens per accidens. 3a ratione affirmat theologiam esse simpliciter practicam; quae ratione duobus modis intelligi potest: 1o ita ut nullum habeat cognitionem speculativam. 2o ita ut habeat aliquam sit tamen minus principalis, et quod tandem ordinantur ad ... practicas, hoc modo loquuntur Divus Bonaventura quaestione 3a prologi, Ricardus quaestione 4.

Quarta ratione propugnat theologiam esse simpliciter speculativam: ita Henricus in Summa art. 8. quaestione 3a, Marsilius quaestione 3a prologi art. 5o et ... quia ... ordinet, ad amorem Dei, non dicitur tamen

n. dey 1.° ēē praxis humanj, siue actiones, eo quod dilectio ul-timus finis n. ad ultra actionem, et ad ultra contemplationem, ordineat. ita demus 5.° iā dixi, theologiam nostram ēē simul speculatiuam, et practicam, et maiori ex parte speculatiuam ēē, ita D. Thom. p.te p.a q.a 1.a art. 4, et alij.

Pro difficultatis resolutione

dico 1.°: theologia hēt plures actus simpliciter speculatiuos. Prob.r: ille actus ē simpliciter speculatiuus, qui sistit in mera contemplatione sui obiecti: sed theologia hēt plures actus, qui sistunt in mera contemplatione sui obiecti; ergo theologia hēt plures actus simpliciter speculatiuos. Minor prob.r; quia ille actus sistit in mera contemplatione sui obiecti, qui respicit obiectum n. factibile ex directione illius: et plures tales actus sunt in theologia: ergo &c. Probo min.r: hic actus ē theologicus: quidquid Deus reuelat, verum ē; et Deus reuelat ēē tres personas, mysterium Trinitatis, et incarnationis &c.; et hic actus, et alij similes, n. respiciunt obiectum factibile ex directione illius: ergo sunt plures actus in theologia circa suum obiectum attributiuum, nempe Deum, qui illud n. respiciunt factibile ex directione illorum, et consequenter speculatiui.

Dico 2.°: theologia hēt plures actus practicos. Prob.r: ille actus practicus, cuius obiectum factibile ē ex directione ipsius; et plures sunt theologicae actus, quorum obiectum factibile ē ex ipsorum directione: ergo in theologia sunt plures actus practici. Minor prob.r; quia theologia agit de actibus uirtutum, et de earum exercitio. v.g.a de amore Dei, de ipsius cultu, et de adoratione imaginum &c.; et haec omnia sunt obiecta factibilia ex directione eorundem actuum, quorum sunt obiecta, ut considueranti facile patebit: ergo &c.

Sed dices: obiectum illorum uirtutum supernalium sufficienter n. dirigit à conclusione theologica: sed quod haec ē nulli: tum quia dirigitur à principijs, qui assumuntur ut premissae ad conclusionem theologicam; quia ipsa conclusio theologica n. ē practica; n. ex ē propria illorum obiectorum, quo etiam sufficienter n. dirigere actus talis uirtutum.

Omnis alios virtutes eo subditos; ergo theologia est naturalis, et sic licet sit practica circa actus supernaturales virtutum, erit tamen practica quatenus dirigit actus naturales virtutum, qui concurrunt simul cum actibus supernaturalibus virtutum, et ad hoc ratio est, quod licet multi actus, qui assumuntur, ut praemissae possint solidiori modo [?] ad actus naturales, possunt esse simul cum aliis: nam et a ratione causae efficientis non excluditur aliqua causa, quae simul concurrat cum alia ex eo, quod alia sola possit producere effectum; quod nunc fit ab utraque simul, ita similiter a ratione cognitionis practicae non excluditur aliqua cognitio ex eo quod alia sola possit dirigere; quod etiam si alia sola possit, potest etiam dirigere cum alia, ita ut ab utraque cognitione ad unum eundem actum dirigente possit prodire effectus; et stant quilibet sit in illo casu inadaequata attemperando [?] utriusque, ex eo, quod cognitiones, quae assumuntur ut praemissae ad illius theologiae iustificationem soli possint dirigere, possent etiam simul cum illis theologicae. Si theologia sit supernaturalis, potest etiam dirigere actus supernaturales virtutum supernaturalium, ut hic actus: supremo domino debetur honor, et obedientia; sed Deus est supremus dominus; ergo illi debetur honor, et obedientia, et hic actus influit in actus religionis, et obedientiae.

Dico 3o: theologia est simul practica, et speculativa, et principaliter speculativa. Probatur: ille habitus est simul speculativus, et practicus, qui est causa actuum speculativorum, et practicorum; sed theologia est talis habitus; ergo theologia est simul speculativa et practica. Syllogismus constat, et minor, in qua potest esse difficultas constat ex praecedentibus assertionibus. Quod autem dicatur principaliter speculativa patet: quia habitus dicitur principaliter talis ex ordine ad objectum principale; sed theologia in ordine ad objectum principaliter, quod est Deus, est speculativa; ergo principaliter speculativa est.

Sed ad

calcem disputationis quaeres 1o: an theologia sit simplex qualitas, vel composita ex pluribus habitibus? Ratio dubitandi oritur quia in logica scientia habitus est composita qualitas, [illegible]


d^m unitatem ordinis, n. physica media unionis secundum quas pertinent qualitates. Quod idem non de theologia, cum sit specu-latiua et practica habet acquisitum. quare d. conter dicendum theologiam aliquos habere et speculatiuos, et tamen aliquos practicos; n. g. existimem esse impossibile in eandem entitatem simplicem confluere utramque rationem, ut in habitu fidei, qui simul est practicus, et speculatiuus; ergo quod n. requiritur rationes illas esse accentales in habitu, quod male aliqui colligunt ex eo, quod possint simul in eodem habitu inueniri; alij autem, qui existimant rationes illas esse essentiales, dicunt n. posse inueniri simul in eadem entitate, conter dicunt habitum illum esse eminenter practicum, et formaliter speculatiuum, l. e contra d. fallun-tur, ut ex dictis a nobis in logica satis constat.

Rogas 2°: an theologia simpliciter necessaria sit ad salutem; resp. 1° aliquam partem eiusdem quod satis est, posse ad singulos, alium, et beatitudinis ita doctrina theolo-gica, l. actus, habitum, acquirere n. esse simpliciter necessariam in singulorum fidelium. P^a: theologia in qua plurimi fidelium n. e necessaria ad fidem gignendam, ut in illis, qui baptisma recipiunt ab infan-tia, educantur mysteria fidei, eaque addiscunt, et retinent ex pia affectione supernaturali, et demum bene operantes, assequuntur beatitu-dinem: ergo in multis fidelibus theologia n. e. P^a assumptum: quia in adultis fides ex rerum reuelatarum credibilitate, et soliditate pugnat, ipse scientia, id n. e nouum sperantem in illis, qui adhaerent simpliciter credi-tis rebus reuelatis, et auctoritati Dei, quia continet aliquid d^am credibi-litatem, et soliditatem, quidem S^us Paulus 2^a ad Thimotheum 3° docet, quod omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est etc. Ibi nota dispositiua necessitatis: quod theologia simpliciter necessaria est.

Resp. 2°: quod tota Eccle-sia est simpliciter necessaria theologia integre, et n. solum spectata quoad partem. ita communis ratio, et ipsi qui in Ecclesia, ut perfectam

sit, naria ad doct.am quā nentl argum.to D.a fidz, que remo-
veant.r h.eres, quā satisfiat scrupulis fidelis, quā docea-
nt.r n solu que sc.a naria simpliciter ad salutz, et etiā que
quomodolibet aliquent.r ex doctrina fidei; q.o ubi omnia re-
quirunt.r ad complimenta et perfectionem fidei Xpianae, in quadi-
bet ea perfecta, at exacta ecclesia. Rursus recurrere, quod addu-
cant.r ad fidz, et ecclesiā, qui nati sunt in infidelitate, et heresi,
et hi ad fidz adduci n possunt, et in illa conservari, nisi osten-
sa infidelitate, et credibilitate articulorum fidei, atque respicit
Paulus, dz ad Rom 10 ait: quomodo credent ei, quem n audierunt,
quomodo audient sine predicante: et hec omnia prestat in Eccle-
sia sana theologia: ergo illa est totali ecclesia simpliciter necessaria
é

Nihil deest.



Disputatio II.ª

Existentia Dei, perfectissima quae illius essentia expenditur.

Materia huius disputationis non est Divinitatis aliqua parula, et divinae perfectionis Divinitas, unde tanquam ex metallico grario infinito thesauro mentem abunde locupletantes eruuntur. 1º quod Deus existit, eiusque cognitionem nobis viatoribus possumus investigabimus. Deinde ipsum Dei esse, eius constitutivum scrutabimur, ut ad ipsius mirabiles proprietates sive attributa aditus pateat facilior. Quaeritur 1ª an Deum existere sit per se notum? Sectio 1ª exponitur difficultas, et in ea Doctorum sententiae.

Quaestio 1ª

An Deum existere sit per se notum.

Sectio 1ª.

Exponitur difficultas, et in ea Doctorum sententiae.

Tota praesentis difficultatis intelligentia pendet ab expositione, et intelligentia duorum terminorum, qui continentur in illa, videlicet quid significet nomen Deus, et quid sit rem esse per se notam. Deus quidem si eius Etymologiam consideremus operatorem significat, idque est, ac prospector, sive rebus omnibus providens; sive illum apud theologos vulgarem significationem spectemus idque est, ac substantia summa perfecta, ab omni quae imperfectione immunis. Secundum omnes patres, quod a nullo est, et a quo reliqua omnia fiunt, sive quod idque est 1ª rerum omnium causa, omnium dominus, sive universi supremus monarcha, et similia quae in his aliae quae audito nomine Deus omnibus facile in mentem veniunt.

Notum a per se id dicitur, quod omnino, et in se hoc est per propriam speciem est actu terminare cognitionem, sive notitiam; talia sunt hominis ea, quae sensibus percipiuntur v.g. quod bipalmare est maius palmari, et illa, quae nec sensibus percipiuntur, sive non ex his, quae per sensus percipit intellectus, tales cla-

elaborat speciei, ut sine dubio ita clare proponens objectum, et necessitans intellectum ad assensum, vel dissensum, de quo nullum obstat propositionem; v.g. quodlibet est, vel non est, totum est maius sua parte; et similia.

Hoc supposito, per se notum hac ultimate acceptum dividitur in per se notum quantum est ex se, et per se notum absolute. Per se notum quantum est ex se, sive conditionate dicitur illud, quod quantum est ex suis principiis intrinsecis non repugnat trahere immediate cognitionem, sive quod si detur, cognitio potens trahere ad id immediate, ex parte eius nulla datur repugnantia ad talem trahendum: v.g. homo esse animal rationale, quantum est ex se cognoscibile est a bruto, quia ex parte hominis nulla est repugnantia ad hoc, ut id cognoscat brutum, licet ex parte bruti detur repugnantia dicendi talem cognitionem. Per se notum absolute est id, quod non solum quantum est ex se, potest trahere immediate cognitionem, et assensum, verum etiam actu potentia potens prorumpere in talem cognitionem; sic Deum existere est per se notum absolute, quia non solum ex parte sua non dicitur repugnantia cognitionis, verum etiam sunt possibiles, et de facto existunt plures intellectus, a quibus cognoscatur, et possit cognosci. Secundo dividitur per se notum a Sancto Thoma per se notum in se, ab aliis quoad se, et ab aliis per se notum naturae. Veritas, vel propositio per se nota in se, quoad se, vel naturae etiam dicitur. Secundo dividitur per se notum nobis quoad nos, et eodem modo veritas, sive propositio per se nota quoad nos. Dicitur vero quoad nos, quia supposita quaestio erat, an Deum existere per se notum esset respectu subiecti magis nobis hominibus, et viatoribus; non tamen Angelis, sive beatis, quod si per se notum secundo generis accipiatur, intra sua latitudinem includit per se notum quoad nos, et per se notum absolute, sive per se notum quoad alios.

Prima sententia affirmat Deum existere esse per se notum. ita Albertus, Argentinas, et alii, quos refert, et sequitur Pater Peñafiel tract. 2o, disp. 1, sect. 3; 2a sententia, quam Doctor Subtilis negat omnino propositionem esse per se notam. 3a denique, inter utramque media Divi Thomae, et interpretum Divi Thomae, ac omnis docet talem propositionem esse per se notam in se, negat autem quoad nos esse per se notam.

Sit 1a conclusio: Dicimus Deum existere est per se notum in se. Probatur: id est per se notum in se, quod quantum est ex suis principiis intrinsecis non repugnat trahere cognitionem immediate, et assensum, per propria principia; et talis est haec veritas Deus existit; ergo Deum existere est per se notum in se. Minor probatur

Pa[te]t, q[uia] in p[rae]missis sic cognoscitur à Deo: deinde sic ita cognoscitur à beatis; q[uia] à nullo ita cognosceretur, si quantum è ex se, et ex omni[bus] p[rae]dicatorum concomitantium ad id hic? repugna[n]t.

Confir[matur] 1°; q[uia] de r[ati]one subiecti, quod è summe ens, è ee summe intelligibile, at Deus existens è summe ens: ergo et summe intelligibile: ergo et cognoscibile quantum è ex se, immediate ex p[ro]priis ipsis: ergo et è veritas p[er] se nota in se. Consequentia patet, et maior p[rob]atur: q[uia] intelligibilitas è passio entis, p[er] inde ergo debet cum ente commensurari. Confir[matur] 2°: si intellectus creatus viribus naturae relictus in tantum elevaretur p[er]fectionem, quantam habet intellectus beati, immediate in se cognosceret Deum existere, ista ergo veritas èet quoad illum absolute p[er] se nota: ergo haec veritas quantum è ex se, sive in se p[er] se nota è, solum q[uia] quoad intellectum creatum p[er] se nota non è, neque absolute, deffectu intellectus creati impotentis talem dicere cognitionem.

Sit 2ª conclusio: Deum existere p[er] se notum non è absolute, seu creaturis existentibus, vel pluribus eiusdem speciei co-existentibus viribus naturalibus: in quo sensu dixit D[ivus] Thom[as], hanc veritatem non ee p[er] se notam quoad nos. Dixi rationem creaturis pluribus eiusdem speciei co-existentibus, ut abstraheremus à celebri quaestione, de qua abunde egimus in ma[teria] divisione, an utile sit pluribus substantiis diversis speciei ab his, quae de facto dantur, cui sit unalis visio Dei. Dixi p[ote]ntia naturalis, q[uia] p[otentia] viribus supernaturalibus possumus Deum videre, ideoque et potentia p[ote]st nobis ee Deum existere, quoniam haec absolute p[er] se nota, et quoad nos.

Pr[obatur] 2° conclusio. Per se notum absolute è, quod non solum non repugnat p[er] sua p[ro]pria intrinseca immediate cognosci, verum etiam possibilis è cognitio immediate ad id p[er] se intrinsecam; at nulla è possibilis cognitio creaturae existentis, vel pluris eiusdem speciei, quae elicita viribus naturae possit immediate ad Deum terminari, ut diximus in ma divisione, constatque ex concilio Bienensi, habetur in Clementina ad nostrum de haereticis: ergo Deum existere hac ratione sit absolute, et quoad nos viribus naturae operantes non è p[er] se notum.

Confir[matur]: illud tantum è p[er] se notum absolute et quoad nos, quod sensibus percipimus, vel sunt ea, quae ex ipsa sensuum perceptione ita mani-

manifesta apparent, utrum ullo difficillis ratio intellig habeat an, l,
diug, nec potest utrumq cohibere, ut cum videt stellas quarum existentia
illis per se nota est; nec potest cohibere an sint semper, vel contra alteram, an illi
sint pares, vel impares; et quod utrumq anig cohibet, l, diug; et De-
um existere nos immediate per sensus non videmus, neq quaestio oblivisci per sen-
sus sine discursu contineri assentiri Diuinae existentiae, quod ut probetur Deum
existere opus est difficillimis, et laboriosis discursibus, ut infra dicetur.
Ergo veritas haec absolute, et quoad nos non est per se nota. Sectio 2.a Utraq delusio
ab obiectionibus expedit.

Sectio. 2.a

Utraq Delusio ab obiectionibus expedit.

Obiicies 1.o 19

Delusio: quidquid notum est, ut apparet ex terminis ad aliud est, scilicet ad notionem, vel cognitionem;
at per se notum in se, vel quatenus est ex se tale non est in ordine ad notionem, vel cognitionem:
ergo repugnat per se notum in se, siue Deum existere esse per se notum in se. Maior patet
ex eo, quod repugnaret notum sine notione, vel cognitione. Minor probatur; quia adhuc im-
posito ei notione, vel cognitione per se notum esset in se, hoc est, ex sui praedicatis intrinseco-
rum non repugnans cognitioni: ergo per se notum in se tale non est per ordinem ad cognitionem,
vel notionem.

Respondeo dicta maiori, cuius probationem distinguo: repugnat notum absolute, sine no-
tione, vel cognitione, concedo: repugnat notum quatenus est ex se sine notione, nego. Itaque sicut
non repugnat visibile quatenus est ex se, licet repugnaret visibile absolute, sine visione;
ita nec repugnat notum quatenus est ex se sine notione, licet notum absolute repugnet sine
notione. Deinde nego minorem; quia non repugnat ordo, siue relatio, ad hunc im-
possibilem, ut patet in cognitione Chymerae repraesentante, vel Deum impossibilem: neque in ordine
ad hunc, sicut si possibilis sit, siue impossibilis, ut apparet in visibili; quod
est quatenus est ex se ad visionem, siue possibilis haec, siue impossibilis sit, cum eadem non repug-
nantia intrinseca haud visionem retineat siue haec possibilis sit, siue impossibilis.

Obiicies 2.o

2°: hinc sequitur probatio hanc: Deus à laicis et unus, et qualibet alius quantumvis difficillime, esse per se notum in se; et hoc est falsum: ergo et falsum, Deus existere esse per se notum in se. Maior constat; quia ijs talis propositio quantumvis est esse nulla dicit repugnantiam cum cognitione immediata, et propositionis ipsius, ipsius vie à Deo, et beatis cognoscitur. Minor probatur; quia propositio per se nota est facillima, eiusque veritas ex 1ª terminorum apprehensione apparet: ergo etc. Respondeo concedendo maiorem, nego minorem. Ad cuius probationem distinguo antecedens: propositio per se nota absolute et quoad nos est facillima, concedo antecedens: propositio per se nota tantum in se, et non quoad nos est facillima, nego antecedens; quia si quoad nos non potest cognosci, quomodo potest esse facilis absolute; ad summum propositio erit facilis in se, sive quantum est ex se, totaque difficultas illius percipiendi reducitur ex parte intellectus nostri, ut revera se habet.

Obijcies 3°: ex nostra expositione quidquid per se notum est nobis, in se etiam notum est, quia quod absolute tale est, etiam est tale quantum est ex se; at non quidquid per se notum nobis est, etiam in se est per se notum: ergo per se notum male à nobis explicatur, consequenter male asseritur, Deus existere esse per se notum in se, et non nobis; cum est doctrina quod per se nota sunt nobis, non sint per se nota in se. Minor probatur; quia plura assignantur à Dialecticis per se nota nobis; non vero per se nota in se, ut motus caeli, fluxus, et refluxus maris, quae, quia experimentum immediate per se nota sunt nobis; non vero sunt per se nota in se; quia licet eorum causas ignoremus, illa reipsa fiunt.

Respondeo concedendo maiorem, et negando minorem; nec nos urget probatio; quia quae in illa, ut per se nota nobis afferuntur, revera per se nota sunt in se, quia nihil repugnat aliquid immediate à nobis cognosci, idque habere intrinsece repugnantiam ad tale cognitionem, quod requiritur, ne per se sit notum in se. Cum ergo dicuntur à Doctoribus non per se nota in se à priori, id est, scientia cum ea eminentia, in qua eadem claritate, vel maiori, quae in se ponunt cognosci, qualia fiunt motus caeli, fluxus, et refluxus maris; non tamen frequenter addunt haec à priori, quia id supponunt, loquuntur enim ibi de propositionibus per se notis à priori, et non per se notis à priori; ideoque sufficit idem additum saepius inculcare.

Obiicies 1º, et 1º, ᴐc. 23 ᴐcluog: patres et plures
Phili docent, insitā ōnibus notitiā existē Dei talē, ut nullus possit ignorare
Deus existere: et hoc ē ēe p̄ se notus abs̄te, et quoad nos: ergo Deus existere ē
abs̄te p̄ se notus. Minor p̄z; q. notitia insita, et qua, ā nullo p̄t ignorari, p̄
se nota ē abs̄; q. qua p̄ dicenda pararet ā pluribus ignorari, cū ā ōibus in
promptu sit discernere, neq̄ p̄t dici insita, cū acquirat, dicuntur ergo Deⁱ

Respon-
dendo maiorē, et negato minorē, ad cuius p̄bationē distinguo ant: notitia insita, et
qua, ā nullo p̄t ignorari stricta p̄ se nota ē abs̄, ᴐcedo ant: lata, nego ant.
Itaq̄ Patres, et Phili docentes ēe ōibus insitā Dei notitiā, id docent, quatenus in
ter gentes politicas adeo vulgaris sit Dei notitia, adeoq̄ vigeat ᴐsuetudo
illā tradendi; et q. ᴐsuetudo ē altera nā, cū possit dici ā nā insita, quod
ē ēe notitiā insitā latē. Et q. ōidē gentibus adeo familiaris notitia
ut ā parentibus tradit filiis, discipulis ā magistris, ideo dⁿ Deus exis-
tere ā nullo posse ignorari, hoc ē, nō ab ullo. Neq̄ enim Patres, et Phili
p̄p̄ enunciant sᵐ strictioē dictatē, sed potius rathorica amplitudine.

Obiicies
2º et 2º ᴐ 23 dē ᴐclug: p̄p̄o, in qua praedicatū essentiale dicit de subto, ē p̄ se
nota abs̄te, q. p̄p̄. se notus abs̄te, praedicatū essentiale ᴐvenire subto; sed in hac p̄p̄o,
Deus existit praedicatū essentiale dⁿ de subto: ergo Deus existere ē abs̄te p̄ se
notū. Minor p̄z q. existia ē praedicatū de eēntia Dei, sive essentiale illius.
Ᵽbatur 1º; q. Deus ē independens ā quo oia pendeant, sed de eēntia huiusmi
independentis ē existia: ergo existia ē praedicatū essentiale Dei. Ᵽbatur 2º: Deus ē
p̄fectissimus quo excogitari p̄t; sed de eēntia huius p̄fectissimi ē existia:
siquidē p̄fectius ē existens n existenti, et aliquid p̄fectius nihilo: ergo existia
ē de eēntia Dei.

Respondendo maiorē: p̄p̄o in qua praedicatū essentiale dⁿ de sub-
to ē p̄ se nota abs̄te, si praedicatū et subtū sint p̄ se nota abs̄, ᴐcedo ma:
si n̄ p̄ se nota sint abs̄te, nego maiorē. Itaq̄ plures p̄p̄o sunt, in qui-
bus forte praedicatū essentiale dicimus de subto, nec tamen p̄ se nota N: V ᴐ Minus

a V, q divisibile in infinitum, in qua divisibilitas in infinitum forte est exalta subiecto, nec tamen illa propositio est per se nota, quia neque Continuum ut tale, neque divisibilitas in infinitum est per se nobis nota. Distinguo deinde maiorem probationis: per se notum est absolute, in Dei praedicatum exaltatum convenire subiecto, concedo antecedens; in particulari, nego antecedens, hoc est per se notum est, quodcumque praedicatum exalte conveniat subiecto, per se etiam notum non est hoc esse praedicatum exalte huius subiecti: ideoque in particulari per se notum non est hoc praedicatum exalte convenire huic subiecto; quia tam praedicatum, quam subiectum in particulari per se nobis nota non sunt. Deinde distinguo minorem: et in hac propositione Deus existit praedicatum exaltatum particulare, et non per se notum nobis dicitur de subiecto, concedo minorem: praedicatum per se notum dicitur de subiecto per se nobis noto, nego minorem.

Ad 1. Confirmationem distinguo maiorem: Deus est independens etc., ita ut dentur subiectum Deus, quod praedicatum independens non sint per se nobis nota, concedo maiorem: ita ut sint per se nobis nota, nego maiorem. Nego deinde minorem: quia ut probetur existentia de entitate huius independentis, necessarium est proponi probationes aliunde petitas; quae ex ipsa apprehensione terminorum quod est manifestum signum hoc non esse per se notum nobis. Ad 2. Confirmationem distinguo maiorem: Deus est perfectissimus etc., ita ut tam Deus, quam perfectissimus non sint per se nobis nota, concedo maiorem: ita ut sint per se nobis nota, nego maiorem. Quid itaque sit perfectissimus, et qua ratione id Deo conveniat non statim ex his, quae sensus percipiunt, apparet intellectui, unde neque propositio illa Deus existit non est nobis per se nota.

Obiicies 6. dantur aliquae veritates a parte rei per se notae absolute, ergo, quodlibet est, vel non est; et 1.a veritas est Deus existens: ergo Deum existere est per se notum absolute. Consequentia per se notum est absolute, dantur a parte rei aliquod ens necessarium: siquidem necesse est quodlibet esse, vel non esse; et hoc est per se notum absolute Deum existere; ergo Deum existere est per se notum absolute. Probatur minor; quia de necessario, vel est Deus existens, vel est a Deo existente: ergo etc. Ego concedendo maiorem et minorem, et nego consequentiam. Ratio est; quia plures veritates dantur fratres, quae obiectivis sensibus percipiuntur, ut Petrus currens, vel est; aliae pro ex his, quae sensibus percipiuntur statim manifestantur intellectui ut quodlibet est, vel non est. At 1.a veritas nec nobis

iiatur sensibus, neque ex his, quae sensibus obijciuntur statim apparet intelli-
gi inde quod veritas propositionis per se nobis nota non est. Ad 3am ergo nego maiorem, quia
propositio solum exprimit necessario dari aliquod rei ens, l. negatur entis, non vero deina-
te eius, prout erat necessarium, ut aliquid adnex probaret. Deinde nego min.
quod dari ens, l. negatur entis, non est dari ens per se necessarium, quale est De-
us. Distinguo propositionem minorem: est necessarium, l. est Deus existens. Concedo
ita ut hoc inde mediate inferat, omitto argumentum: ita ut hoc sit per se nobis no-
tum, nego argumentum. Omissis inde inferri Deum existere, quod plures negant
bonitatem illativi. Quaestio 2a an, et quomodo possit naturali ratione demons-
trari Deum existere? Sectio 1a proponitur ex parte affirmativa conclusio.

Quaestio 2a

an, et quomodo possit naturali ratione demonstrari Deum existere?

Sectio 1a

Proponitur, et probatur affirmativa conclusio.

Deum existere posse ratione naturali demons-
trari, ita doctores, adeoque certo affirmant theologi, ut oppositum asserant haeresim,
error in fide, errori proximum, parum tutum in fide, l. ut minimum temera-
rium ab eodem afferri. Non tamen melater aliquos ab omni censura id liberare,
existimantes, Scriptura, et Patrum testimonia, unde hoc deducuntur eiusdem
pare de eiusdem morali non indmode explicari; quatenus solum fundat,
quibus ratio naturalis probat Deum esse gravissima sit, et insuper nullus, l. le-
vissimus suadet oppositum: unde quicumque ad haec attendit, tenetur sibi persuadere
Deum esse, illumque colere.

Nihilominus non defuerunt homines adeo extinctus lumine
rationis, l. potius depravatae voluntatis, ut ausi fuerint Deum ne-
gare, ut liberius in omne flagitiorum genus absque metu ruerent, hi
vocantur Atheistae, hoc est sine Deo, et ut bene Vasquez 1a p. d. 19,
c. 2. caput 1o ex Cicerone, et alijs probat primi omnium fuerunt Pro-
tagoras, et Diagoras Deum esse negantes. Eundem errorem nostra tempes-
tate secuti sunt aliqui dicti politici, qui illum, et religionem in

soli externam Reipub. gubernandi dirigunt, atque adeò quoties illis
videtur expediens ad hunc finem consequendum facile relligionem mutant
l. Dei existentiam negant, ultimis et relligionem auferunt. Ex falsis etiam ca-
tholicis Petrus de Aliaco, Mayoris, et aliorum, qui licet Deum esse fide divina teneant,
negant tamen id usque ad evidentiam ratione naturali posse probari.

Probatur contra eos

assertum 1° ex Apost.° 1ª ad Rom. 1. 19 dicente: quod notum est Dei, ma-
nifestum est in illis; Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ipsius
à creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sempiterna
quoque eius virtus, et Divinitas, ita ut sint inexcusabiles. Quod nihil clarius dici
potest pro assertione forte tale reperitur, quod dicitur Sapie. 13 vani autem sunt omnes homines,
in quibus non subest scientia Dei, et de his, quae videntur bona non potuerunt intelli-
gere eum, qui est, neque operibus attendentes agnoverunt, quis esset artifex.
Et rursus versu 5°: qui haec fecit, fortior est illis: à magnitudine enim speciei, et creaturae
cognoscibiliter poterit creator horum ~~enim~~ videri: atqui visio, et conspectio quae
in esse non potest esse nisi per demonstrationem; quia quaelibet alia cognitio cum evidentia non
sit valde impropriè diceretur visio, et conspectio: ergo ex his scripturae testimo-
niis Dei Patrum intelligi, et theologorum communi Deum existere potest demonstra-
ri ratione naturali.

Dices: Deus existere demonstratur à posteriori, non vero à priori;
quia demonstratio, quae habetur per effectus, et non per causas non est demonstratio à priori, sed
à posteriori, sed demonstratio, quae habetur de existentia Dei est per effectus, scilicet per creaturarum
magnitudinem, per ea quae facta sunt, quae sunt effectus Dei existentis; non vero per causam, quia
Deus existens nullam habet causam: ergo existentia Dei non à priori, sed à posteriori
demonstratur. An vero existentia Dei possit demonstrari per aliud genus demon-
strationis quasi à priori, in qua passio metha. l. attributum demonstratur per essentiam,
tamquam quasi causam potest dubitari? Respondetur tamen negative; quia in hoc genere demon-
strationis id, quod demonstratur, saltem ratione nostra supponit essentiam in qua radicetur;
sed existentia Divina nullam supponit essentiam in qua radicetur: tum quia ipsa est forma-
liter essentia: tum quia eius radix ex ipso, quod talis sit, debet esse existens

q nihil nullius pot esse radix: ergo adhuc hac ratione quasi à priori existentia Dei nequit demonstrari.

Sed quia est aliud demonstrationis genus quasi à priori, in quo scilicet subiectum demonstratur per sua praedicata essentialia; quae licet sint quasi causa intrinseca subiecti: existimo hac ratione posse existentiam Divinam quasi à priori demonstrari, idque hac demonstratione: ens simpliciter necessarium necessario existit: atqui Deus est ens simpliciter necessarium: ergo necessario existit. Ubi existentia Divina demonstratur per causam, seu per necessitatem, quae praedicata sunt essentialia Divinae existentiae. Nec obstat minorem illam Deum esse ens necessarium simpliciter, non posse probari nisi per creaturas, quia eo omisso adhuc subsistit, ergo demonstratio est quasi per causam; quia licet dum primo probatur Deum esse ens necessarium, id probetur ex creaturis, eatenus probatio relinquitur seu subiectum representans evidenter talem necessitatem, quae representet causam, per quam deinde intellectus potest evidenter erumpere in cognitionem existentiae necessariae, quae erumpat in cognitionem causarum. Ita enim dum primo cognoscitur homo esse animal rationale ea cognitio dependeat à ratiocinijs, et sensationibus, quibus id à posteriori cognoscitur: attamen ea cognitio relinquitur species quâ solum representatur esse animal rationale, per quam deinde intellectus potest à priori demonstrare hominem esse admirativum, et risibilem. Sectio 2ª argumenta, quibus probari contenditur existentiam Dei non posse ratione naturali demonstrari, solvuntur.

Sectio. 2.ª
argumenta, quibus probari contenditur existentiam Dei non posse ratione naturali demonstrari, solvuntur.

Arguitur 1º: de eo, quod demonstratur, non potest dubitari, neque id negari potest; sed Dei existentiam plerique negant, alij de illa dubitant: ergo non potest demonstrari. Maior probatur: quia demonstratio natura rapit intellectum in assensum, seu dissensum illius, quod demonstratur, tollit que ab eo omnem formidinem, et dubitationem. Ergo. Et 2º. Confirmatur; quia demonstrationis, et cuiuslibet scientiae effectus est reddere certum scientem de sua scientia reflexe per cognitionem illam non posse subesse falso; sed nulla demonstratio est Dei existentiae sic se habet: ergo existentia

existentia Dei non potest demonstrari. Minor probatur; quia demonstrationes ad illam ostendendam sunt adeo difficiles, ut multi, qui possint dubitare an lateat in illis aequivocatio aliqua, ut facile constabit ex pendentibus quas afferamus sectione sequenti.

Respondeo distinguendo maiorem: de eo, quod demonstratur, non potest dubitari ab eo, qui habet demonstrationem, concedo maiorem: ab aliis, nego maiorem. Negant quod Deus, vel dubitant de eius existentia, qui non habent illam demonstrationem, ut vero reliqui: hoc tamen minime tollit Deum existere demonstrari. Sic enim plura negat, vel de eis dubitat ullus, quae tamen alii evidenter cognoscunt, ut esse Antipodas, solem esse terra maiorem. Ad confirmationem concedo maiorem, et nego minorem; quia licet demonstrationes sint difficiles, non tamen propterea de illis dubitat qui illas penetrat, nec dubitat, an lateat in illis aequivocatio, et potius scit esse certissimas, nec nisi fallaciis, et sophismatibus posse eludi.

Argumentum 8.um

2.o omnis demonstratio reducitur in aliquod principium evidens, quod negari non possit; at demonstrationes de existentia Dei reducuntur ad principia omnino dubia; ergo existentia Dei demonstrari non potest. Minor probatur; quia principia, in quae tales demonstrationes communiter reducuntur, ad haec videlicet quod causae non possunt esse invicem causae; quod causa non potest operari nisi existens; quod in causis non detur processus in infinitum, ut alia omittamus. Quod ex Aristotele utitur Sanctus Thomas, quidquid movetur ab alio movetur, quod plures existimant esse evidenter falsum: cum ea liberamovet se in suas operationes, et aqua calida in pristinam frigiditatem, et sic de aliis: ergo demonstrationes de Dei existentia non reducuntur ad aliquod evidens principium.

Respondeo concessa maiori, negando minorem, ad cuius probationem dico, principia ibi allata, si recte intelligantur, certissima esse. Siquidem causae, quoad idem esse, et in eodem genere causae nequeunt se mutuo producere: alioqui duo ignes non existentes possent se mutuo producere, imo neque in diverso genere causae circa causalitatem exercitam, potest dari mutua causalitas; qui enim illam admittunt, ex una parte ponunt veram causalitatem, ex alia vero solum de-

dependq: Vig^a docent (Thomistae) mq causari a fra in genere ca fra-
lis, et fraz a mã in genere causae malis; verq Sn calitatz so-
lq ponunt eiq esse mq in frz, in quaz etiam nihil causat fra,
et q hęc dat fraliter existq materiae, docent hanc dependere
a fra tanquz a ca frali: exequa rade euidens sit ca n ee inuic-
ez causas.

2^a propz. quod ca n operet, nisi existens euidentissimz e
sumpto lq existens pro ut idz e, quod aliquid, quod quidz adaequa-
rz, et euidens e, quia e euidens neminem posse dare, quod n hat, nihi-
lqz n posse pducere hoc, l equiz. 3^a ez propz. qd sltin causis
n detur pcessus in infinitz. lt methe euidens n sit; e tn tale, ut sine insigni
amentia negarin possit; quis eiz n dicat amentiaz requiri ad exis-
tz formicae existere ab aeterno infinitas cas, imo et in eo co exis-
tere, put dicendz ee intendemus sect^e seq^i. Quantz lt, lt ut ibi
iacet, euidens n sit, imo forte sit flz, si recte subiiciat, euide
teos attingit: sic a subiiciendz e: quidquid mouet, ab alio tanquz
a 1° mouente saltz mediate mouet. si eiz, quod mouet, sit in
motu dio independens tut ls mouens, et consequenter infinitz in mouen-
do, cz n hat a quo limitet in motu: erit g infinite pfectz; et
infinite pfectz nequit moueri; q hoc dicit imperfectionem: g requi aliquid
moueri, et saltz mediate ab alio n moueri, slt a 1° mouente, de cui
rade ut pote infinite pfecto e ee immobilem consequenter nec pot remo-
uere.

Argument 3°: n pot ee demonstrao ca, cuius tni clare n apparent
intellui; et tni demonstrationis existentiae Dei clare n apparent intelluiq existen-
tia Dei n pot demonstrari. Maior cstat; q n pot ee clara, e euidens
illao, cuius tni sunt obscuri; qua eiz rade quis cognoscet euidenter,
Petrum esse aial roale, si Petrus, et aial roale n clare n appareant,
ignoret quid hęc sint. Minor pbi; q una ex tnis demonstrationis existen-
tiae Deiae infinitz, quis sue affert, sine neget, ado abinitio pcipitz.

Reducendo maiorem, et modo minorem ad unum probationem dico, quod licet infinitum omnino clare non percipiatur, ab infinito percipitur sub his sufficientibus ad generandam evidentiam; siquidem evidens est illud carens fine: successive non posse pertransiri: non requiri ad existentiam cuiuslibet infiniti entis, quae notiones satis sunt ad plures deductiones evidentes inde deducendas. Sectio 3a non nullae demonstrationes probant Dei existentiam.

Sectio 3a.

Non nullae demonstrationes probant Dei existentiam.

Prima est: ens improductum, sive a se existit; sed huiusmodi ens est Deus: ergo Deus existit. Minor constat, cum Deus sit ens a se, ut de se patet. Maior probatur: quia ens improductum possibile est; nulla enim est contradictio in eo, quod ens sit, et improductum sit; quia improductio non destruit rationem entis, imo illam summae perfectionis dignitate elevat; at hoc ipso quod ens improductum sit possibile, existit: ergo ens improductum sive a se existit. Minor probatur: quia si aliquando non existeret, tunc non posset existere nisi produceretur, cum nequeat existere id, quod aliquando non existit, nisi producatur, quod cum ratione entis improducti pugnat.

Dices: in conceptu obiectivo entis improducti nullam esse contradictionem prout sic repugnat, quod ex propriis nobis evidens est; forte tamen in id in reconditis claudatur contradictio nobis innota, ideoque eius possibilitati non possumus sine formidine assentiri prout ad demonstrationem requiritur. Sed contra est; quia si quaelibet formido leviter, et sine fundamento concepta qualis haec est, tolleret evidentiam, ipsa etiam prima principia evidentia non essent, quia licet quodlibet sit, vel non sit, prout his terminis repugnat, nulla dicat implicationem, forte tamen quis dicat esse aliquod ens adeo implicatorum productum nobis innotorum, ut in re positum simul sit adhuc non sit, at hoc dicere absurdum est: ergo et dicere in praesenti adeo nobis, qualia sunt ens, et improductum, cuius repugnantiis nullam esse contradictionem, forte tamen esse in eiusdem profundis innata.

Secunda est: ens ab alio non conservatum, et reliqua omnia conservans Deus est; tale ens

ens est 1a causa, qui conceptus est Dei; et ~~existit~~ existit ens indeter-
minatum ab alio, et reliqua omnia determinans: ergo existit Deus. Minor probatur
quia nisi inter entia, quae in hoc mundo determinantur, detur aliquod
indeterminatum reliqua omnia determinans, vel aliqua eorum seipsa deter-
minarent, quod non minus impossibile, quam seipsa producere, vel sese
mutuo determinarent, quod non minus repugnat, quam sese mutuo produce-
re: ergo existit ens indeterminatum reliqua omnia determinans.

Nec hic patet
fuga ad latibulum infiniti, ad quod confugiunt adversarii, dum aliam
causam ponunt, in 1a rerum conditione. Quia licet causae potuerint pro-
duci una ab alia, et alia ab aliis usque in infinitum, quin processum po-
natur infinitum in actu; satis enim est ad hoc, quod processerint infinitum; quia
certum causae determinantes, dum earum effectus determinantur, deberent existere, pro-
cessus quia si quilibet effectus indiget ut determinetur infinitis causis, dabitur
modo infinitum in actu, quod evidenter falsum est, cum saltem causae (?) ipsis
oculis videantur esse finitae.

Semel a divino creati determinatores esse non finitos (?),
necesse est mutuo se determinare, vel admittere aliquod determinans indeterminatum.
Siquidem in tantum in 1a rerum conditione, seu productione non requiritur mutua
causarum productio, et si omnes sint productae, in quantum infinitudo obstat,
ne detur regressus a productis ad causas a quibus fuerint productae: et in effectibus
modo determinatis non datur infinitudo; ergo nisi ab aliquo indeterminato ab alio de-
terminentur, dabitur regressus a determinato ad determinans, consequenter dabitur mu-
tua determinatio. Explico, et confirmo: demum entia modo in mundo determinata
esse duo, videlicet A et B; quia cum finita sint, parum refert esse duo, vel plura. Rogo
itaque A a quo determinatur? necesse est determinari a B, quia non est aliud, a quo
determinetur. Rogo iterum B a quo determinatur? necesse est determinari ab A, cum
non sit aliud, a quo possit determinari: ergo mutuo se determinant. Sed hoc est
impossibile: ergo ne mutuo determinent, necesse admittendum est aliquod indeterminatum
ab alio, quod non sit A, et B, a quo A, et B determinentur.

Poterit evidentissima hec demonstratio obscurari sequentibus paralogismis. 1º dicendo quamlibet minimam, abiectissimamque entitatem esse ad sui conservationem infinitis entitatibus actu existentibus: ideoque existere infinitas infinitam multitudinem entium: ergo non a aliquod indesinenter ab alio conservatum reliqua. 2º dicendo rem semel ab alio productam, à seipsa conservari: ideoque licet ut 1º producantur, requiratur alia causa in infinitum procedere, non tamen requiri infinitum coexistere, ideoque non dari infinitum in actu, et non dari primum aliquod conservans ab alio independens. 3º dicendo, quodlibet requirere mutua rerum productione; non tamen requirere mutuam conservationem; qua etiam ratione tolleretur infinitum in actu absque conservante ab alio independente.

Sed hec omnia adeo evidenter falsa sunt, ut inde satis liqueat, quam evidenter demonstretur id, quod nisi falsissimis, et absurdissimis potest obscurari. Alias demonstrationes afferunt alii, desumptas ex principiis quidquid movetur ab alio movetur, quidquid producitur ab alio producitur. quidquid contingens, et producibile, non potest fieri impossibile. quidquid melius est tale est per accessum ad id, quod optimum est. que nullo modo tendunt in finem, in eum non tendunt nisi directa ab aliquo finem cognoscente. In quibus, et aliis infringendis laborant plures, cum in re, in qua de existentia summi rei agitur, tres prisimum sit ex ingenium. Sectio 4ª paralogismos contra existentiam Dei ratione naturali assertam explicant.

Sectio. 4ª.

Paralogismi contra existentiam Dei ratione naturali assertam explicantur.

Primus est: fide constat Deum existere; ergo quod fide constat, nequit ratione naturali demonstrari: ergo Deum existere nequit ratione naturali demonstrari. Maior est de fide, et fidei nostre dogma ex illo Pauli: accedentem ad Deum oportet credere, quia est. Et ex illo symboli: credo in unum Deum &c. Minor autem probatur: quia quod demonstratur, clarum est, obscurumque quod fide

quod fide creditur; et repugnat idem esse clarum, et obscurum: ergo. Resp. Distinguo
maiorem, nego dominium, ad cuius probationem distinguo maiorem duorum 2a (?): obscurum, quod fide
creditur, quod solum fide creditur, concedo maiorem: quando simul demonstratur, nego maiorem. Itaque sicut ingens spatium si ab exigua illuminetur lucerna, solum obscurum est, clarum tamen si etiam sole illuminetur, neque in hoc ulla est repugnantia. Similiter nulla est in eo, quod existentia Divina obscure cognita fide, clare etiam per demonstrationem cognoscatur.

Secundum est: si Deus est unus, vel unicus; et esse unum non potest evidenter demonstrari: ergo neque Deum esse, sive existentiam. Tertium: vix cognitio de Deo colligitur ex creaturis, cum Deus immensus, et infinitus non cognoscatur a nobis; et ex creaturis Deus non potest evidenter cognosci: ergo Deus existentia non potest ratione naturali demonstrari. Probatur minor, quia Deus existens est ens necessarium, creatura vero ens contingens; et ex contingenti non infertur necessarium: ergo ex creaturis nequit Deus evidenter cognosci.

Ad 2um resp. concedendo maiorem, et negando minorem, ut ex quaestione sequenti constabit, nego deinde consequentiam: quia etsi duo praedicata sint idem realiter qualia sunt existentia Dei, et illius unitas potest unum demonstrari; et non aliud: ita enim demonstratur hominem esse rationalem; nec tamen demonstratur eorum identitas realis, cum haec sit idem cum illa. Ad 3um concedo maiorem, et nego minorem. Itaque contingens infert necessarium, siquidem cum illo essentialiter connectitur: ita enim veritas haec: Deus existit connectitur cum hac: Deus potest existere, illamque infert, cum tamen sit contingens, et illa necessaria.

Quartum est: quaecumque fiunt in mundo, vel naturaliter fiunt ut calefactio, et frigefactio, et haec sufficienter proveniunt a natura, vel fiunt consulto, et de proposito, ut aedificatio, reipublicae gubernatio etc., et haec sufficienter proveniunt a natura intellectuali: ergo sine fundamento recurritur ad aliquod principium, quale est Deus existens. Resp. distinguendo antecedens: quaecumque fiunt in mundo etc., si datur ens aliquod liberum, a quo dependeant, tam natura quam intellectualis, quae non intellectualis, concedo antecedens: si tale ens non datur, nego antecedens ut constat ex 2a probatione nostrae conclusionis.

Quintum

Quinto: si Deus existeret, esset infinite sapiens, et infinite bonus; sed non est infinite sapiens, neque infinite bonus: ergo Deus non existit, neque illius existentia potest evidenter demonstrari. Minor probatur: quia si esset infinite sapiens, et bonus nihil insipiens, nihilque malum posset a tali agente provenire, qualia sunt plura in mundo, ut monstra, et peccata. Ad hoc concedo maiorem, nego minorem, cuius probationem distinguo: nihil insipiens, nihilque malum potest a tali agente provenire, quod tale sit in ordine ad finem, concedo antecedens: quod tale sit in ordine ad se, nego antecedens. quidquid itaque Deus operatur, totum bonum est, et sapiens in ordine ad finem, quem Deus sibi praefigit, videlicet, pulchritudinem universi, vel ostensionem imbecillitatis causarum secundarum, ad quem finem bona sunt monstra, quae in ordine ad se mala sunt physice, quae Deus ut causa particularis potest producere, vel saltem sic a Deo non producantur, sed ut a causa universali destituta a causis particularibus.

Peccata vero insuper bona sunt in finem a Deo intentum, licet in se mala sint moraliter, ad quae nunquam Deus ut causa particularis concurrit, sed solum ut universalis causa permissiva; quia sapientis, et boni agentis non est ea, quae in se bona sunt producere, vel permittere, sed ea, quae in ordine ad finem talia sunt: videlicet sapiens, et bonus statuarius, qui perfectam statuam efficere, non debet ligna lignis collaborare, quod bonum physicum est; quia licet hoc in se bonum sit, sed plures ligni partes amputare, quod malum physicum est; quia licet hoc in se malum physicum sit, utile tamen, et bonum est in ordine ad finem; illud vero licet in se bonum, malum tamen, et inutile est ad finem.

Sexto: bonum quo maius, et fortius est eo magis destruit malum sibi oppositum: quia quo maius, et fortius est unum contrarium, eo magis destruit contrarium sibi oppositum: ergo bonum infinitum, quale est Deus, destrueret quodlibet malum: sed non destruit, cum sint plura mala in mundo: ergo tale bonum non existit: ergo nec Deus: ergo neque eius existentia demonstratur. sed fortius unum contrarium existere, cum sit evidens plura existere mala. Ad hoc distinguo antecedens: bonum quo maius, et fortius est, eo magis destruit malum oppositum in subiecto, in quo est, concedo antecedens: in alio subiecto, subdistinguo: si tale bonum operetur,

operari naaio, et alterum subiectum capax est tanti bonitatis, dedo ant... libere operaretur, l. alterum subiectum incapax est, nego ant. Itaque cum Deus est bonum infinitum libere operetur ad extra, et Doceat suam bonitatem, et insuper nulla creatura sit capax participandi totam bonitatem D., aliquin essent plures Dij, hinc est bonitatem D. excludere a Deo omnem malitiam; non tamen ponere extra Deum infinitam bonitatem. Quaestio 3.a an, et quomodo possit ratione naturali demonstrari Deum esse unum? Sectio 1.a Deum esse unum docet fides, ratio quoque naturalis demonstrat.

Quaestio. 3.a

an, et quomodo possit ratione naturali demonstrari Deum esse unum?

Sectio. 1.a

Deum esse unum docet fides, ratio quoque naturalis demonstrat.

Nihil frequentius, apud Scripturas et Doctores Dei unitate; quae ut inquit Paulus: unus Deus, una fides, [illegible]. Clarius, Deuteronomij 32° dicitur: videte, quod ego sim solus, et non sit alius deus praeter me, ac denique ut alia missa faciam, ab ista veritate incipit fidei symbolum credo in unum Deum [illegible]. Ex quo Deum esse unum fide constare nullum potest dubitare catholicum. Deum autem esse unum ratione naturali posse demonstrari negant Gabriel, et Ocamus cum alijs; esse vero demonstrabilem affirmat communis Doctorum theologorum ratio; quae ut inquit Tertulianus, Deus si non unus est, non est, et Sanctus Athanasius, Deos esse multos perinde est, ac nullos dicere.

Caeterum antequam pro hac veritate demonstrationem producamus, sciendum est, unum dici dupliciter: 1° transcendentaliter, 2° exclusive. Unum transcendentaliter idem est, ac indivisum in se: et a unum [illegible] se duplex interindivisum in se: 1° per simplicitatem, quae ens est non habens partes, in quas possit dividi, ut Angelus, et animalis: 2° per compositionem, l. unionem quatenus ens, licet constat partibus, hae tamen unitae sunt, ut homo constans materia, et forma inter se unitis. Unum exclusive est ens unicum excludens sui similem pluralitatem, ea ratione, qua unicum est, v. g. sol defacto unicum est; quod [illegible] concludat

plura sui similia in ratione entis et subst., excludit plura sui similia in ratione solis. Cum ergo asserimus Deum esse unum de unitate excludente intelligimus alteritatem quae ea unum transcendentaliter tantum realis est, quia sic ens. est unus, sive unicus in ratione Dei. Probatur 1°. Deus est optimum in ratione, qua Deus est; et ens optimum unicum est; ergo Deus unus, sive unicus est in unitate exclusionis. Maior d[icit]ur ex Dei notione apprehensione, qua Deus constat id, quod omnia excedit, quod a nullo exceditur imo nec admittit quale, ut si pote in dale ens, procul dubio, illud est Deus, nisi de voce fiat quaestio: esse vero pote, ens optimum ex his apparet notum; quia esse optimum non dicitur esse ratione entis, imo illa super omnia elevat. Minor probatur; quia esse optimum duo dicit, scilicet a nullo excedi, et reliqua omnia excedere, quod si ab aliquo excedatur vel aliquod non excedat, iam optimum non est, cum non sit optimum, quod excedit, vel habet aequale: ergo ens optimum unicum est. Confirmatur: pote est ens continens formaliter omnes perfectiones admixtas imperfectione, sine imperfectione, et virtualiter omnes perfectiones admixtas imperfectione; hic ens nulla est contradictio; et huiusmodi ens Deus est; sed quidquid ens optimum est: deinde vero est unicum, quia si essent duo vel plura, unus non contineret formaliter perfectiones alterius; cum realiter distinguerentur ab illo, continerent neutraliter perfectionem sine imperfectione: ergo etc.

Probatur 2°:

Deus dicitur creatura Deus est; et talis Deus unicus est; ergo Deus unus, sive unicus est. Maior probatur, cum hic sit unus ex clarissimis apertisque quas formamus de Deo, scilicet, quod sit prima causa, universi princeps, et Dominus. Minor probatur; quia ad eundem ratione requiruntur plures Domini dominio perfecto, et longo temporis tractu gaudere; sed domini perfecti subiectis potestatem ponendi, vel destruendi res subiectas dominio independentem a volunt. tate alterius, quod requirit quilibet dominorum, si duo sint Domini potestate alterius; neuter enim posset sine Deo alterius res ponere, vel destruere. Cui non longo temporis tractu, ut abstraheretur ab illa quae, ante prius in tanti donationis, tam donatores quam donatarius habeant perfectum domini dominium: ergo Deus Dominus unicus est.

Confir., et demum duos esse Deos, scilicet A. et B., velle quod A mundum producere, tunc rogo: possit ne B idem velle, vel non? Si 2um, ergo B iam non est Deus; siquidem non est perfecte Dominus mundi: non enim potest de illo disponere, nisi dependenter ab alterius voluntate, cum non possit nolle, quod A vult, ut supponitur. Si 1um quid tunc rogo. fieret? producat, ne mundum, vel non? Si 1um ergo solum A Deus est, siquidem ille solus independenter ab altero perfectum Dominium circa mundum disponit. si 2um: ergo solum B Deus est, siquidem eadem ratione de mundo disponit.

Si dicas, nihil faciendum, nisi quod Uterque vult, contra est, quia hinc sequitur quemlibet non esse Deum, cum quilibet independenter ab altero non sit perfecte Dominus mundi. Sunt qui dicant hanc demonstrationem eludi dicendo, A. et B., sive plures alios Deos, quotquot illi sint, esse necessitatos ad id volendum, et nolendum per concordiam simpathicam, quia cum essent perfectissimi in cognoscendo, et volendo, motivum A. esset movens ad volendum, vel nolendum reliquos, quos moveret.

Sed contra est 1o quia perstitit idem argumentum: siquidem perfectissimus Dominus potest disponere de re independenter ab alterius voluntate; quia quo perfectius est dominium, magis quoque independens est; at si plures sint Dii, A independenter ab alterius voluntate non potest de mundo disponere, ut supponitur: ergo non est Dominus perfectissimus, nec Deus. Contra est 2o quia licet in actionibus naturalibus, quae tales sunt, vel ratione partium, vel ratione obiecti possit intelligi necessitas ad idem volendum, et nolendum, in actionibus tamen omnino liberis, est inintelligibilis talis concordia; quia cum persona sit libera, et obiectum, quamvis optimum indifferenter proponat, et moveat, quaelibet naria concordia Chymerica est: ergo per concordiam simpathicam in actionibus liberis Deorum liberorum agentium circa obiectum indifferens, quale est existentia mundi, vel eius negatio.

Contra est 3o quia placere sibi esse A, et displicere sibi esse A sunt

ii voluntatys oppi ex intraquay nullo Ocordia: et Deo A placeret: se ee A; siquidq cuilibet placet ee id, quod e exaltiny, et Deo B displiceret se ee A; qa cuilibet displicet se ee impler, quale eet A ee B: go inter Deos n eet summa voluntatq Ocordia, sive ea simpathica eet, sive aliunde petita. Sectio 2a argua Oa pdictq assertioq.

Sectio 2a.

Argumenta Oa pdictq assertioq.

Primum e: colectio Dei, et oiq entiq melior e solo Deo; et illa colectio n e Deus: go Deus n e eng optimus. Pb. sda: q optimus n e id, quo aliqd melius e: minor etq Ostat, cq totq n sit pars. Maior a pi q totq e melius suas pte, Deus a e pars illius colectionis Ofir. 1a q pfectio addita pfectioni Ostituit pfectius, et melius; ad colectio entiq pfectioni Dei addit pfectiong reliquorq entiq: q ea colectio e pfectior, et melior solo Deo. Ofir. 2o q sicut inintelligibile e totq ee quantq quantitate molis, et n ee maius suas pte, ita inintelligibile e totq ee quantq quantitate virtutis, et n ee pfectius sua pte: q est inintelligibile e, colectiong omniq entiq n ee pfectiong solo Deo.

Res. in solutione huius arguti maior dividere Da illq obs. maiores Dis intensionis, et extensionq, qui aio ii impp prij in pfecti; quae unius oppie solid d. de qualitatibus; alterq de quantitatibus, quaeq neutra oppie in Deo repenitq, neg in pleno ex Deo, et Angelo, intra quae pot fieri Oparao, et instaurari arguq. Res. q nego maiorq, cuiq pbaoq distinguo: totq e melius sua pte, si pi n sit infinita, neg eminenter Otineat quidquid pfectionis e in altera pte, Ocedo ani: si altera pi sit infinita, l. eminenter Otineat quidquid pfectionis e in altera pte, nego ani.

Itaq quando altera p e infinita, et eminenter Otinet quidquid pfectionis e in altera pte finita, et impfecta, tm abest, ut pOiunctiong eq altera pte resultet aliquid melius, et pfectius, ut potius resultet aliquid minus bonq dtr: pars enim al-

ens altera est necessaria, 1a q. Deus est a se, est perfecta sine imperfectione: Complexus a resultans ex coniunctione cum alia perfectione est distinctus, est creata, est admixtus pluribus imperfectionibus. Est a evidens ex his, ens namque quod Deus est perfectus sine imperfectione melius esse ente contingenti, ente ab alio creato, et ente admixto imperfectione.

Hinc patet ad 3um, propterea cuius maior distinguo: perfectio addita perfectioni finitae constituit perfectionem, concedo maiorem: perfectioni infinitae, nego maiorem. Itaque ea est natura infiniti, ut neque per additionem fiat maius aut melius, neque per illius detractionem fiat minus, aut peius. Ad 2um nego suppositum esse inintelligibile totum quantum non esse maius sua parte infinita; quia haec est infiniti natura, ut sive pars sit, sive totum ea ratione, qua infinitum est non potest excedi, quidquid sit, an possit sub aliis conceptibus excedi, quod ad rem non est. Cum autem Deus constituimus divinum, tale divinum, quam Deus infinitus est, non quia unitas, esse parvus numeri; quod ita excedit a quolibet binario, et si in eo Deus non includatur.

Quaeres 3o: esse Deus B ultra Deum A non tollit A esse perfectissimum Deum: quia Deus non esse unicus nihil tollit de illius perfectione: ergo poterit esse optimus ens, etsi plures alii sint Dii. ante probatur: quia esse Deum B omnino est extrinsecus Deo A: sicut etiam quia alius esse homo non tollit Petrum esse perfectissimum hominem: quia esse Deum B ultra Deum A non tollit, A esse perfectissimum Deum. Resp. nego ans, ad cuius probationem nego etiam ans, sit Deus B esse omnino extrinsecus Deo A; quia esse Deum B est esse in Deo B aliquam perfectionem formaliter, ergo quae sine imperfectione, quae non sit in Deo A; at vero non esse in Deo A perfectionem aliquam formaliter, ergo quae sine imperfectione non est quid omnino extrinsecum Deo A, sed est in eo negatio perfectionis maioris intrinsece, scilicet continentis formaliter intrinsece alicuius perfectionis sine imperfectione. Unde patet discrimen a Petro, qui est perfectissime homo, etsi alii homines sint; quia esse perfectissimum hominem non dicit in eo, quod Petrus formaliter contineat omnes perfectiones, quae possunt reperiri in quolibet, sed solum in eo, quod nihil ei desit, ut sit homo, vel, ad summum in eo, quod omnes excedat: cuius perfectionem omnino extrinsecum est, alios etiam esse homines.

3.° quælibet Divinarum Personarum est optimum; et eiusmodi Personæ multiplicantur: ergo datur ratio optimi non multiplicata. Minor probatur, quia sunt tres Personæ. Maior probatur, quia quælibet Divina Persona Deus est, de cuius conceptu est esse optimum. Confirmatur: magis intelligibile est, non dividi optimum pluribus cum pluralitate numerica, ita ut sint plures Dii, quam eandem naturam divinam absque sui multiplicatione communicari tribus Personis: sicque illa paritas cernitur in qualibet creata persona, quia non datur in Deo; et tamen nihil minuitur divinæ perfectionis: ergo neque illa. Respondeo distinguendo maiorem: quælibet Divinarum Personarum est optimum in ratione entis Divini, concedo maiorem; in ratione entis Personalis, nego maiorem. Satis enim est, si in ea ratione sint optimum bonum.

Quæ solutio minime improbarunt Thomistæ et Scotistæ; qui in relationibus Divinis, sive Personalitatibus nullam agnoscunt bonitatem, aut perfectionem: ideoque licet non tamen absunt ab optimo, ut neque bonum intrinsecum, nec aliqui bonitatem, et perfectionem ibi agnoscimus, dicimus quælibet earum esse optimum bonum, et perfectionem non tamen optimum, quia non opponitur esse Divinæ. Ad confirmationem nego maiorem; quia id repugnat rationi naturali, ut constat ex multis probationibus. Alterum vero, eidem non repugnat, et est summum et sufficit illud: neque obstat illa cerni in qualibet natura creata, quia etsi in ea cernatur, ratio nullius dictat repugnare Dei naturæ, quia tamen non dictat repugnare eandem naturam communicari pluribus Personis. Deinde concedo minorem; quia id ponit fœcunditatem in Deo, et nego consequentiam: quia id tollit a Deo eminentiam suæ perfectionis.

4.° nulla est repugnantia in eo, quod plura entia sint destinata ad idem intelligendum, et volendum, sicque hic nulla contradictio, imo summa convenientia, et concordia, Thomistæ suffragio; aliunde sunt dispositiones, sequitur parem quodlibet esse perfectum Deum mundi ex eo, quod Deus sit perfecte Deus

n sequitur esse unum, et non plures.

Ad confirmationem distinguo maiorem: nulla est repugnantia in eo, quod plura entia sint determinata ad idem intelligendum, et volendum, si ab his non sint perfecte libera, concedo maiorem: si sint perfecte libera, nego maiorem. Itaque ab perfecte liberum potest moveri in ordine ad obiectum, sive ei idem moveant alia agentia, si ferunt cum suo agentia duo sint determinata ad idem volendum necessario possit moveri in ordine ad obiectum alterum, vel immoto, vel, secundum nonnulla movante. Hinc fit repugnare cum perfecta libertate plura determinata. Ad distinctionem concedo maiorem et minorem, et nego consequentiam. Cuius ratio est; quia si plures velint eadem voluntate, eadem dominentur, possunt esse perfecte liberi, habere perfectum dominium, etsi idem velint; quinimo non possunt nisi idem velle, at cum plures Dii neque vellent eadem voluntate, neque eadem dominarentur, hinc est repugnare esse perfecte liberos, perfecteque Deos. Quaestio 4a an possit invincibiliter ignorari Deum existere. Sectio 1a Doctorum sententiae, et difficultatis expositio.

quaestio. 4a.

an possit invincibiliter ignorari Deum existere.

Sectio. 1a.

Doctorum sententiae, et dificultatis expositio.

Pater Molina supra, Vasquez, et alii cum Medina et Zumel affirmant, posse ignorari invincibiliter Deum existere. Negat 4o Doctoris Thomistarum supra ad 1a 2ae Divi Thomae quaestio 89 art. 6. Sed pro clariori difficultatis intelligentia sciendum est, ignorantiam esse duplicem unam positivam, qua quis positive sibi persuadet revera non esse obiectum, quod revera est, ut si quis sibi persuadeat Deum non existere, idque positive negare dicendum, quo dicat Deum non existit, alteram negativam sit cum quis saltem probabilis esse existentiam rei, quae revera est, ut si quis non cognoscat an sit in Divinis Trinitas Personarum, ideoque non assentiat Trinitati,

& si illi positiue n[on] dissentiat.

Utraq[ue] ignorantia, siue ea positiua sit, siue negatiua diuidit[ur] in ignorantiam vincibilem, & inuincibilem. Vincibilis e[st], quae vinci potest, quae si vinci pot[est] metaphysice t[antu]m erit vincibilis metaphysice, & inuincibilis physice, & moraliter: quod si metaphysice, & physice t[antu]m sit vincibilis, erit utroq[ue] modo vincibilis, & inuincibilis moraliter, quod si adhuc moraliter sit vincibilis, erit omnimodo vincibilis.

Ignorantia e[st] vincibilis t[antu]m metaphysice e[st], quae sola de potentia absoluta pot[est] vinci, l[icet] superari: u[ti] p[ro]p[rie] ignorantia, quae esset in pura natura rerum supernaturalium solum metaphysice esset vincibilis; q[uia] solum p[er] Dei potentiam absolutam posset acquiri earum notitia, ignorantiaq[ue] superari. Ignorantia vincibilis physice, et metaphysice t[antu]m e[st] ea, quae de potentia absoluta, imo & ordinaria pot[est] superari, n[on] tamen moraliter, u[ti] ignorantia, quae modo e[st] in hominibus omnium & singulorum objectorum naturaliter scibilium vincibilis metaphysice, & physice; q[uia] n[on] repugnat metaphysice, neq[ue] etiam physice viribus naturalibus eam ignorantiam superari p[er] scientiam l[icet] notitiam saltem formalem eorum omnium: e[st] t[ame]n ea ignorantia inuincibilis moraliter, q[uia] tanta e[st] difficultas in his omnibus notitiis comparandis, ut nullus homo eas comparauerit, l[icet] comparaturus sit, nisi [illegible] miraculose, qualiter Salomon eas comparauit.

Hinc fit, ignorantiam inuincibilem solum moraliter 1o dicere, quod possit metaphysice, & physice superari. 2o quod sit summa difficultas [illegible] superanda, 3o quod de facto n[on] superetur, q[uia] si superetur, cum superantis, n[on] erit ignorantia moraliter inuincibilis: ideoq[ue] quicunq[ue] ignorat Deum e[ss]e, si summa difficultate eam ignorantiam superet, ac tandem sibi persuadeat, Deum e[ss]e, is adhuc moraliter e[st] passus ignorantiam inuincibilem Dei.

His praemissis, vincendo potius certum 1o e[st] nullum hominem pati ignorantiam inuincibilem metaphysice Dei; q[uia] nullus quantumuis rudis, amens, [illegible] infans e[st], cui saltem de potentia absoluta n[on] possit infundi notitia euidens, l[icet] probabilis Dei. 2o e[st] nullum adultum, [illegible]

sit ratio; quia potest pati ignorantiam physice invincibilem Dei, quia homo nullus est, cum
ita proponi non possit existentia Dei, ut prudenter moveatur rationibus [illegible]
suadentibus Deum existere: quod, si ita ei non proponatur, eo quod deficiat proponens,
vel ipse non attendat, aut moriatur antequam id accideret. Itaque nec tollit
esse in eo potentiam physicam ad talem notitiam; prout requirebatur ut carentia illius
esset ignorantia invincibilis physice.

Hoc certissimum est, solum restat
an in aliquo adulto ratione compote possit esse ignorantia Dei invincibilis
moraliter, eo quod tam difficile illi sit Dei notitiam comparare, ut ratione difficultatis
toto vitae tempore, sive ea longa, sive brevis sit, non comparet eam. Ubi notandum
est, non esse idem ignorantiam non esse invincibilem moraliter, et esse culpabilem:
quia plura invincibiliter ignoramus, ut iuris prudentiam, et medicinam, non tamen ignorantia
culpabili. Duo enim requiruntur, ut ignorantia sit culpabilis,
1º ut detur obligatio eam superandi, qualem habet unusquisque circa ea, quae sunt
sui muneris, et officii. 2º, ut ea obligatio animadvertatur: quare si ignorantia
sit vincibilis, detur obligatio eam superandi, si quis tamen
hoc non animadvertat, ea ignorantia etsi vincibilis moraliter, et obligatione,
adhuc tamen esset inculpabilis. Unde si adultus aliquis ingenio
vigeret, cui facilis esset Dei notitia, non adverteret se teneri ad ea notitiam
comparandam, et si non haberet ignorantiam invincibilem Dei, et vincibilem,
ea ignorantia non esset peccaminosa. Sectio 2ª inquirit negative an

Sectio 2ª [illegible] potest invincibiliter ignorari Deus existere.
ignorantia contrahi [illegible]

[illegible] titulo [illegible] quia notitia probabilis existentiae Dei difficilis est, quia sunt homines rudes, et agrestes;
qui his vix dignoscunt circa ea, quae sensibus percipiunt: aliunde a talibus
homo nullam habet connexionem cum tali notitia: denique, hoc est, sine illa,
siquidem esse eo, quod res sit sine principio, cum quo non connectit, nullum
sequitur inconveniens: et in tali suppositione, erat valde possibilis homo habens
ignorantiam invincibilem Dei ignorantia enim invincibilis moraliter
de qua solum est quaestio, ea est, quae de facto non vincitur

non invinc. per oppositam notitiam propter ipsius difficultatem: ergo potest ignorari invincibiliter ignorantia negativa Deum existere.

Sed hanc ignorantiam esse moraliter impossibilem 1° suadere intendunt; quia quodam instinctu à Deo homini impresso fertur homo in notitiam Dei; quod sit inclinatione, et propensione innata, ac naturalia feruntur in suos fines, ut levia sursum, gravia deorsum, ita homo inclinatione sibi naturali, qualis est appetitiva fertur in Deum, qui solus est eius finis; cum inclinatio appetitiva non possit ferri in finem, nisi praecedente notitia, hinc est, Deum imprimere etiam notitiam Dei, saltem talem, quae sufficit ad talem inclinationem, et instinctum in illum, ut homo sine illa non sit.

Respondetur negando in ordine esse talem instinctum et inclinationem. Inter agentia naturalia, et hominem in ordine ad suos fines maxima intercedit disparitas; quia cum agentia naturalia non removeant libere in fines, necesse fuit à Deo imprimi inclinationem in finem; at vero homo cum libere removeat in finem suum, non fuit necesse à Deo imprimi instinctum, et inclinationem in finem, sed relinquere illum in manu consilii sui, ut propria industria Dei cognitionem pararet, eamque dirigeret in illius amorem.

Dico 2°: quia ad Deum quidem spectat infundere homini saltem suspicionem finis, ad quem creatus est; alioquin illum crearet in statu, in quo non posset dirigere se in finem proprium, quod est quidem contra Divinam bonitatem; sed eâ suspicione posita, ergo facile potest homo notitiam Dei comparare, non vero ipsum ignorare invincibiliter Dei,

hucusque saltem moraliter est impossibilis. Resp. negando maiorem, cuius probationem distinguo: crearet illos in statu, in quo non posset conducere se in finem proprium moraliter, concedo ant.: non posset physice, vel merito, nego ant. In quo nihil video contra divinam sapientiam, vel bonitatem, quia cum contra neutram sit, infantes, et amentes in eo statu creatos esse, in cuius sensu composito physice non possunt se conducere in finem proprium, contra neutram potest esse aliquos rationis compotes, quibus difficilis sit suspicio finis, et de facto eam non habeant, in quo solum consistit esse illis moraliter impossibilem hanc conductionem.

Tertio; quia gravis esset deordinatio, si Deus hominem crearet cum ignorantia invincibili eorum, quae iuris naturalis, v.g., quod parentes sunt honorandi, et non sit occidendus: ergo et maior esset deordinatio, si hominem creet cum ignorantia authoris talis iuris, scilicet Dei, quia a parentibus honorandus est, hoc indicante ipso naturali lumine: quod repugnat ignorantia invincibilis Dei.

Resp. distinguendo ant.: gravis esset deordinatio ex parte creaturae, concedo ant.: ex parte Dei, nego ant. Itaque si Deus hominem ita crearet, hic inordinatissimus esset; Deus vero adhuc perfectissimus persisteret, et absque ulla morali inordinatione, siquidem Deus absolutus ab omni necessitate, non solum ad perfectionem, verum et ad bonum physicum, quale certe praedictorum invincibilis. Nego deinde consequentiam; quia sine notitia eorum, quae afferuntur in ant., homines non possunt sensibiliter conservari; secus vero sine Dei notitia, ut Brasilienses, et alii Occidentales incolae, sine tali notitia conservabantur; authorem a lumine naturali, quod a parentibus honorandus dictat naturale lumen, supposita notitia Dei; non vero, ea non supposita.

4.° quia non possunt ignorari illa prima principia, scilicet bonum est amplectendum, malum est fugiendum: quod tibi non vis, alteri ne feceris: ergo neque Deus potest ignorari. Probatur cons.: quia sicut quotidianae experientiae non patiuntur ignorantiam invincibilem aliquorum principiorum, ita experientia pulchritudinis universi, coelorum siderumque quae ad oculum cernuntur non patitur ignorantiam invincibilem authoris eorum.

Resp. concedendo ant., negando consequentiam; quia illa principia sensata, vel semper sensata sunt, quae [illegible]

ilirca … ic non sit Deus existere, aliter innatis dispositione cum ignorantia invincibili est impossibili adhuc moraliter, cum tamen possibilis sit existentia Divina. Neque videor pulchritudo caelorum: forte enim quis inde ponet ampl… causitantia pulchritudinis, eorum incorruptibilitas non esse opus alicuius artificis, et esse increatum. Unde licet inferat esse Deum, non tamen adeo evidentia infert, ut id statim appareat generatim rudi, et omnis eruditionis experti. Sectio 3a. Solvuntur argumenta, quibus probatur impossibile esse ignorantia invincibilem Dei.

Sectio 3a

Solvuntur argumenta quibus probatur impossibile esse ignorantiam invincibilem Dei.

Argumentum 1o: si possibilis esset talis ignorantia in adulto rationis dispositione posset quis salvari, et non posset salvari; sed hoc est impossibile: ergo et praedicta ignorantia. Maior probatur quia si demus praedictum adultum in infantia esse baptizatum, et mortaliter non peccasse, et sic mori, posse salvari, imo et salvaretur, quia quicumque moritur in gratia, qualis est iste moreretur, in gratia baptismali salvatur, et aliunde nec salvaretur, nec posset salvari: ergo posset quis salvari, et non posset salvari. Probatur haec minor: quia nullus adultus salvatur nec salvari potest sine fide explicita Dei, qua talis non habet ob suam ignorantiam invincibilem Dei. Respondendo maiorem quoad 2am partem, ad probationem concedo maiorem, et nego minorem; quia adultus iustus potest salvari sine fide explicita Dei, qualiter sine illa salvantur infantes; testimonia Sacrae Scripturae, et Doctorum, in quibus tanquam medium necessarium ad salutem fides explicita imbibitur, loquuntur de salute obtinenda, media impii, seu peccatoris iustificatione; adultus autem, de quo in argumento supponitur iustus.

Argumentum 2o: cuivis homini est peccare mortaliter, et non peccare mortaliter: sed impossibile est hominem peccare mortaliter, et non peccare mortaliter: ergo impossibile est dari in homine ignorantia invincibilis Dei. Maior probatur: quia homo peccaret; siquidem supponimus illum occidere, vel furari advertenter, habere locum, dictamen

dictamen recto rationis, esse grave malum contra illud: non peccaret, quia non cognosceret illud malum esse contra legem Dei, quam penitus ignorat, cum tamen peccatum sit dictum factum, vel concupitum contra legem Dei.

Respondeo distinguo maiorem: eiusmodi homo peccaret philosophice, et non peccaret theologice, concedo maiorem: peccaret et non peccaret utroque modo, vel altero eorum, nego maiorem: peccaret igitur philosophice, quia peccaret peccato opposito naturali rationali, sive illius dictamini, qualia sunt homicidium, et furtum; non vero peccaret theologice; quia non committeret peccatum contra Deum, neque contra ipsius legem, siquidem utrumque sibi erat invincibiliter ignotum; non autem est impossibile hominem peccare mortaliter philosophice eo quod operetur contra rectam rationem naturalem; neque non vero peccare mortaliter theologice eo quod ignoraret suam operationem esse contra legem Dei quam invincibiliter ignorat.

Argumentum 3o: talis homo peccans esset dignus poena aeterna; et eadem non esset dignus: sed impossibile est aliquem esse dignum poena aeterna, et non esse dignum: ergo impossibilis est ignorantia invincibilis Dei. Probatur maior: esset dignus, quia quilibet mortaliter peccans, dignus est poena aeterna: non esset dignus: quia quicunque peccat mortaliter ea solum ratione dignus est poena aeterna, quatenus Deum offendit; talis autem homo peccando, Deum non offenderet, quia nullus Deum offendit, quem invincibiliter ignorat: ergo esset dignus, et non esset dignus poena aeterna. Confirmatur, et explicatur: demus hac invincibili ignorantia laborasse Brasilienses, ut asserunt plures: rogo: vel illi, qui innumeris aliis sceleribus irretiti moriuntur, ubinam commorantur? non in inferno, quia ibi solum torquentur, qui Deum offenderunt, quem non offenderunt Brasilienses, siquidem illum invincibiliter ignorabant: neque insuper detinentur in limbo quia ibi solum detinentur, qui solo peccato originali infecti decedunt, quales non sunt Brasilienses: ergo nullus pro illis locus est: ergo ne hoc, et alia absurda dicantur, asserendum est impossibilem ignorantiam invincibilem Dei.

Respondeo

Nec argum. hoc satis ee difficile, nec o d.r magis quoad 2a 3a p.i q. si peccatum eet dignum poena aeterna: siquidem peccatum mortaliter n. solum dignum e poena aeterna, q. Deus offendit, et q. in ma gravi operat. contra ragionem, sive contra dictamen recte rationis; alioqui incideremus in absurda confirmaois, et explicaois, quae licet aliquorum doct. deneranda sint, mihi tn. conformius catholicae doctrinae, hic eius videt. asserere, ethnicas gentes propter eorum scelera in inferno sensibiliter torqueri, quia in limbo cum infantibus cum solo originali decedentibus collocare, aut novum aliquem locum pro illis sine fundo in creatio grati assignare.

Et certe id peccatum, et si physicum tm. ee poena aeterna dignum, plura mihi persuadent, l.o q. inter homines huiusmi peccata, ut homicidia, et furta, solum attendendo ad eorum malitiam physicam poena quandoque e coram aeterna puniunt., ut suspendio, l. decapitatione, quae perpetuo vita auferunt. 2.o q. Deus ipse, cum intrinsece n. lædat. peccato, re q. aliquid proprie felicitati amittat per peccatum, dum homicidium v.g. sub poena aeterna comminatione prohibeat, n. v. mendacium officiosum, aut iocosum, cum tn. utrumque sit peccatum theologicum cognita prohibitione, videt. aliquid ee in physico homicidio poena aeterna dignum videre, quod in mendacio n. videt. hoc g.o quod videt in uno, quare ratio id prohibet, et n. videt in alio, quare ratio id n. prohibet sub poena aeterna comminatione, est a physica malitia peccati, quae in uno proportione hēt cum tali poena, n. v.o in alio: ergo peccatum physicum ex se e dignum poena aeterna.

Non me latet alios ad argum. recurrere, Deum oes gentes quantumvis barbaras illustraois, et supernaturalibus praevenire, qua aliqualis Dei notitia illis affulgeat. quod pt. confirmari oibus illis Scripturae testimoniis, qq. bus notitia Dei dicit. oibus insita, adeo clara, ut nullum lateat. Quibus etiam consonat Scripturam, ad dicens oes eos videri ee inexcusabiles, qui Deum n. agnoscunt. Sed n. mihi probat. responsio l.o q. hoc e prop. eius q. deserere, et ad aliq. nas. fu-

fugere; quia in huiusmodi illustrationibus non deperitur ignorantia invincibilis Dei, siquidem per eas aut Deus cognoscitur, aut in promptu est illum cognoscere. Respondeo quod sine fundo asserunt tales illustrationes, neque pro illis stant relata testimonia, siquidem non sunt in Indiis de hominibus politicis, vel acutis ingenii, sed non de rudibus, et inter barbaros eruditis.

Argumentum 4o: Deus omnibus quidem auxilia sufficientia ad salutem; sed laborans ignorantia invincibili Dei non habet auxilium sufficiens ad salutem: ergo impossibilis est ignorantia invincibilis Dei. Maior constat; quia alioquin non esset in uniuscuiusque potestate salvari. Minor probatur; quia inter ea implicite necessaria ad salutem est notitia Dei: siquidem, ut dicitur ad Hebr., accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quod remunerator est: ubi hoc oportet idem est ac necesse. — Respondeo concedendo maiorem, distinguendo minorem: non habet auxilium sufficiens proximum, concedo minorem: remotum, nego minorem. Itaque habet auxilium remotum quatenus si ad dictamen rationis operaretur, Deus suaviter, et fortiter res ita disponeret, ut tandem in Dei notitiam perveniret ad theologiam axioma, facienti quod est in se Deus non denegat gratiam: qua notitia posset iustificari per se, seu ad Deum accedere, ut loquitur Apostolus.

5o: homo rationis compos eo ipso potest moraliter operari, hoc est, honeste, vel inhoneste; sed in casu dicta ignorantia non est possibilis operatio honesta: ergo impossibilis est talis ignorantia. Minor probatur; quia honestum tale est per conformitatem cum prima regula honestatis, et per ordinem, quem dicit ad ultimum finem, tanquam medium ad illum proportionatum; sed Deus est prima regula honestatis, et ultimus finis, qui nequaquam potest cognosci: ergo in casu dicta ignorantia non est possibilis operatio honesta. Respondeo concedendo maiorem, et negando minorem. Ad probationem dico honestum tale esse per conformitatem cum prima regula, et ordinem ad ultimum finem, quando prima regula, et finis cognoscuntur, non vero quando invincibiliter ignorantur; quia tunc honestas desumitur a dictamine rationis indicante ut hoc nunc hoc est amandum, vel fugiendum, per cuius conformitatem, vel difformitatem operatio est honesta, vel inhonesta; adeo ut hoc dictamen ultra assereret quod conregula honestatis, neque prima regula honestatis illud deiceat, nisi per tale dicta-

dictamen oppositum. Sectio 4.a altera in praesenti difficultate proponitur, et probatur conclusio.

Sectio 4.a

Altera in praesenti difficultate proponitur, et probatur conclusio.

Ea sit: non potest inuincibiliter ignorari ignorantia positiua Deum existere, hoc est, nullus potest, loquendo de ratione potentiae, probabiliter, vel prudenter iudicare non existere Deum, quod si quomodolibet in eum labatur, errorem eius, talis error non esset inuincibilis. Conclusio hanc iudico theologorum communem, ... Scripturae et Patrum doctrinae, qui adeo perspicuam, et claram proponunt Dei notitiam, ut salvus propter non posse ullum adeo esse ab ista evidenti veritate remotum, ut in oppositum errorem prudenter, et probabiliter, nec non inuincibiliter prolabatur.

Probatur conclusio: ut quis probabiliter neget esse Deum, debet cognoscere quid sit Deus, scilicet, quod sit prima causa, sine causa, quae cum a nullo causetur, cetera causat; nullus enim probabiliter negat nesciens quid neget, sive quid sit id, quod negat, at cognoscens quid sit Deus non potest illum probabiliter negare: ergo nullus potest habere ignorantiam positiuam, et inuincibilem Dei. Minor probatur quia cogeretur asserere, vel quae causantur, seipsis causare, quod evidenter falsum est, vel in causarum serie dari processum in infinitum, quod sine fundo ideoque improbabiliter asseret, vel dari mutuam rerum omnium causalitatem, quod etiam sine fundo saltem, ideoque improbabiliter dicere: ergo cognoscens quid sit Deus non potest probabiliter eum negare.

Confirmatur: adhuc data praedicta positiua ignorantia, ut ea esset inuincibilis non solum requireretur eam non vinci, verum etiam nec facile vinci posse, ut constat ex supra dictis; at scienti quid sit esse Deum facile est vincere errorem de existentia Dei: ergo ignorantia positiua Dei moraliter est impossibilis. Minor probatur quia scienti quid sit esse Deum, statim occurrunt rationes allatae in probatione, nec nisi mentem ad alia obiecta ab ei divertendo, possunt non occurrere, ut vilibet probationem expendenti constabit.

Sed

Dices obiicies 1° cum Pontio Scoto, qui mirum in opposita esse sententia: potest aliquis ratio Dei inscius audire ab aliquo Atheista plures negare existentiam Dei, sed in ea esse sententia: tum quod nullum est fundamentum ad asserendum Deum existere; tum quod id suadent rationes allatae pro existentia Dei supra quaestione 2a sect. 4a; et iste adhibita omni propria diligentia poterit reperire rationes aequivalentes persuasioni desumptae ex praedicto fundamento, quam ratione probare Deum existere: ergo talis homo potest probabiliter sibi persuadere Deum non existere, et consequenter habere ignorantiam positivam invincibilem Dei. Respondeo concedendo maiorem, et negando minorem, quia talis homo ut dicat ex una parte, ut probabiliter negaret existentiam Dei, deberet cognoscere quid sit Deus, quo cognito statim cognitis statim se offerunt rationes pro parte, quae aequivalent, et longe superant rationes aliunde desumptas pro denegatione existentiae Dei, quod si non se offerant statim, saltem facile se possunt offerre, quod satis est, ut ignorantia positiva invincibilis Dei sit impossibilis.

Possunt 2° obiici fere omnia argumenta quae quaestione 1a sect. 1a et 4a pro existentia Dei ratione naturali demonstrata allata, de quibus saltem dictum a nobis ibidem est. Instatur: Athei plurimis rationibus conantur Deum de medio tollere, quas negari nequit esse efficaciores his, quae alii viri afferunt, quae ut probabiles admittuntur, videlicet quod materia non habeat propriam existentiam, quod detur forma corporeitatis, et sic de aliis, quae nulla ratione ullam probari possunt. Deinde: Graeci, et Romani imperio praestantes, et omni eruditione, satis exculti Deum negarunt, vel saltem plures Deos admiserunt: ergo si quis horum authoritate fretus Deum negat, probabiliter Deum negabit.

Ad instantiam rationes Atheistarum non esse rationes naturales; ideoque errores, sive paralogismos. Inter eorum vero argumentationes, et rationes, quas afferunt pro sententiis aliis probabilibus hoc interest discrimen, quod licet eae non sint pro aliqua ratione evidentes, facile possunt, licet inefficaces esse probabiles; at vero paralogismi pro existentia Dei, cum sint pro rationes evidentes, non possunt esse probabiles;

Probabilitas ā iq, l, rāis ñ solū desumit̃ ab eius intrinseca efficacia, & etiā ab extrinseca, ultra ea, quæ desumit̃ ex eo, quod a͂ n͂ adversetur rão aliqua evidens metħē, phicè, l. moraliter, qualis adversat̃ raõibus atheistarum: n͂ ġ ullo facto pōt quisquā eis probabiliter assentiri.

Arguens 3.o: si essentia Divina non distinueret per intelleo. non haberet intelleo: sed essentia Divina consistit in actuali intellectione. Probatur antecedens quia illum non habet ab alio, cum essentia nihil ab alio recipiat. Neque illum non haberet à se; quia cum intellectio actualis esset actualior essentia Divina ut poterat actus purus, qualis non esset essentia Divina, quae seheret ut mera potentia sine illius actu, posset habere illum à se: siquidem actus purus in nulla potentia continetur: ergo si essentia Divina non distinueret, per intelleo. illum non haberet. Respondendo ars; quod essentia Divina habet intelleo. à seipsa, iterumque cum illam identificat. habet etiam formaliter illum; quod illum methaphysice continet ut radicem metha omnium conceptuum secundorum, qui sunt in Deo, quorum unus est intelleo, itaque actus purus, nisi sit actus 2.us continens in potentia methaphysica eius attributa continens in essentia metha cuiuslibet entis, quamvis illas sint actus, et ista potentia. Neque obstat puritas actus, quia cum potentia methaphysica nullum dicat imperfectionem, potest continere actus expertus omnis imperfectionis, quod solum est de ratione actus purissimi. Sectio. 8.a non bene exponitur essentia Divina per hoc, quod sit ens à se, vel infinitum.

Sectio. 8.a

non bene exponitur essentia Divina per hoc, quod sit ens à se, vel infinitum

Dico titulo sectionis 4.o: nulla essentia bene explicatur per conceptum confusissimum, et eius ultima differentia: at conceptus entis est confusissimus omnium conceptuum, qui sunt in Deo, et creaturae: et illius, et aseitatis, vel hoc sit ultima differentia essentiae Divinae non bene explicat essentia Divina. Maior probatur; quia ideo docent dialectici definitionem debere constare genere proximo, et differentia ultima, propterea quod hanc esse malam hominis definitionem: homo est substantia rationalis: quia cum substantia generis

genus remotum est, et valde commune; hanc vero ex recto: nomine animal rationale, quia lucem animale genus proximum est immediatum, distinguitur rationali: quia nulla essentia bene explicatur per differentias remotas, et communes ...

[illegible] ... Deus non potest definiri stricte definitione logica, quod modo non disputo, et omitto, admitte explicationem essentiae divinae debet esse quam maxime accedens ad regulas definitionis logicae; ideo male explicaretur Deus ens subsistens, quia explicatio ... [illegible] ab explicato: male Deus est sui ipse, quia ... id numquam sit explicatum, ... ignotum ... ignotius: male etiam Deus est ens per ... explicatur per differentias ... ex regulas logicae male explicatur essentia rei per differentias transcendentes, qualis est ens, ideoque non recte definiretur homo ens rationale: ergo nec Deus bene explicatur per hoc, quod sit ens a se.

... Deus [illegible] formaliter et essentialiter vivens spirituale, substantiale, et intelligens, ut dictum ex sect. 2a et 3a; et ens a se formaliter tale non est: ergo ens a se non recte explicatur essentia divina. Minor probatur, quia ens a se praecise dicitur existere independenter a causa extrinseca, vel intrinseca, in quo conceptu praedicta praedicata formaliter non includuntur, et ad summum identice, vel praesuppositive ea ratione, qua in ente rationali includuntur animal, substantia, et reliqua praedicata essentialia hominis: ergo ens a se [illegible] ... essentia divina est radix metaphysica intellectionis et volitionis; quia omnis essentia est radix suarum proprietatum; et ens a se praecise non potest esse radix intellectionis et volitionis: siquidem ens a se praecise non est formaliter vivens, neque intelligens: alioquin hi conceptus constituunt essentiam divinam, quae ... [illegible] ... quod non admittitur a Doctoribus, quos impugnamus: ergo essentia divina non consistit in ente a se. Minor probatur, quia intellectio, et volitio non potest esse radix nisi substantia viventis, et intellectualis: siquidem vita in actu 2o qualis est intellectio, et volitio non oritur, nisi ex vita in actu 1o qualis est substantia intellectualiter vivens: ergo cum ens a se non sit formaliter huiusmodi substantia,

alioqui essentia divina in ea dicit essentia divina non consistit in ente à se physica.

Sed contra obiicies 1º: Exodi 14º Deus explicans suam essentiam ait: ego sum qui sum, qui est, misit me ad vos, quasi dicat, ego sum, qui à me sum: qui est à se misit me ad vos; et Deus non potuit non bene explicare suam essentiam: ergo haec consistit in ente à se. Confirmatur 1º: ens est praedicatum omnium 1º: tum quia est omnium communissimum: tum quia ab eo ad reliqua divina praedicata non valet consequentia, valet tamen à reliquis ad ens, quod est genus prioritatis: ergo essentia divina consistit in ente à se. Et consequentia, quia essentia consistit in praedicato omnium 1º. Confirmatur 2º: aseitas est praedicatum omnium perfectissimum: ergo enti à se nihil deficit, at in illo consistit essentia divina. Et antecedens, quia opponitur summae imperfectioni creaturae, qualis est ex se nihil esse, esse ex nihilo, sive ab alio: ergo est praedicatum omnium perfectissimum aseitas.

Respondeo distinguendo maiorem argumenti: Deus explicans suam essentiam realiter ait ego sum &c. concedo maiorem: metaphysice, nego maiorem. Itaque Deus Moysi explicavit, quod est actu existens à se, quod tunc maxime opportunum erat: quid sit esse metaphysice, theologis disputandum reliquit. Ad 1am confirmationem distinguo antecedens: ens est praedicatum omnium 1um prioritate cognitionis, et illationis, concedo antecedens: prioritate radicis adaequate, nego antecedens. Itaque essentia rei consistit in praedicato omnium 1º per modum radicis, non 1º alio modo, sicut considerat; quia alias essentia hominis consisteret in ente reali, equi in ente hinnibili, quod nullus admittet dialecticus. Ad 2am confirmationem concedo antecedens, et nego consequentiam: quia enti à se deficit esse substantiae, et reliqua praedicata essentialia Dei, quae in ente à se non formaliter, sed realiter, vel per suppositionem continentur.

Obiicies 2º: quo aliqua magis distant inter se, eo est violentior ratio, qui immediate coniungit eorum distantiam, ut patet in substantia, et accidenti: illa enim est ens per se; hoc vero ens in alio: ubi perseitas, et inaleitas immediate coniunguntur, cum ente per se maior distantia substantiae

ab accentis; et summa è distantia Dei à creat: quia asceitas ultima

dria Dei immediate disjungit cum ente, ergo aseitas è tota Dei essentia. Dix

1°: essentia Divina consistit in predicato cum perfectissimo, et actualissi-

ma; et tale predicatum è per quod aseitas, ac existentia in hoc predicato divinitatis

tali consistit essentia Divina. Maior patet quia essentia Divina sit perfectissima,

et actualissima. Minor patet quia quidquid existit melius è non existentia.

Dixi 2° Deus esse à se è 1° Dei predicatum, ut patet nobilissimum; et è radix

ceterorum: quia in hoc predicato tota Divina essentia consistit. Minor patet quia Phili

cognoscentes Deus esse à se, inde reliqua intulerunt predicata.

Pro distin-

ctio maior argui: quo aliqua magis distant inter se, eo è ultim

ratio, cui immediate, disjungitur dria eorum, si ea sint genera ultima,

concedo maiorem: si sint species singulares, nego maiorem. Probatio ut

non è ad rem; quia subsita, et accentus sunt genera ultima; at ut Deus è essenti

tea silanis: cuius maioris claritas facile divinitatis; quia magis distant

Puriter calor A quam accentus et subsita: siquidem Lux, et calor A

diferunt in ratione subsistentia et accentis, et insuper in aliis predicatis; cum

tamen subsita, et accentus solum diferant in ratione subsistentiae, et accentis; nec

tamen Perfectitas, et dria caloris A immediatius disjungit cum ente, quam

dria subsistentiae, et accentis.

Ad 1° 3 objectionem distinguo maiorem: essentia Divina

sumpta, id est omnia, et singula predicata consistit in predicato cum perfec-

tissimo, nego maiorem: sumpta secundum aliquod predicatum per se, et determina-

tum, concedo maiorem. hoc è, in essentia Dei è predicatum omnium perfec-

tissimum, et actualissimum, ut aseitas, quae è ultima dria Dei in

tamen omnia Divina predicata essentialia sunt perfectissima omnium; sufficit

enim, si sint perfecta sine imperfectione, ut in ente existenti quod

predicatum non è perfectius subsita existenti cum tamen sit unum ex predicatis, in

quibus essentia Dei adequate sumpta consistit. Ad 2° 3 objectionem concedo maiorem

de prioritate negativa, quatenus ut ens à se nullum aliud

pratis, in quo radicet, supponit, et distinguo minorem: e radix in adæqta ptenorum, concedo minorem: e radix adæqta, nego minorem. Præter æqualitatem enim restat rão subita intellectus &c, quæ pertinent ad radicem adæqtam pratorum Divinorum, neque obstat, inde intulisse Philos aliqua Dei prata: aial enim infert ex hoc, et quilibet gradus superior ex inferiori; nec tn homo, l, grus inferior e ullo mo radix aialis, l, grus superioris.

Ex hucusque dictis facile infert, n bene explicari esse Divinam in suo proprio frali conceptu, per hoc, quod sit ens infinitum, ut Scoto, et Cayetano placuit, tum, qa singula Divina attributa sunt fraliter ens, qa realiter existunt, et fraliter, vg.a sua, omipotia, sunt qd aliquid, et n purum nihil; tum sunt fraliter infinita: siquidem nulla eorum habent ullam limitatem, l, impropria linea, sive spe carent ulla perfectione, ut in sua, et omipota p, quarum neutra caret ulla perfectione pertinente ad suam, l, omipotam. Tum nulla etiã bene explicat, ut discrimen Dei esse, et attributis, ut satis diximus: e neque Deus per hoc quod sit ens infinitum. Sectio 9a essentia Divina n bene explicat, per hoc, quod sit radix attributorum.

Sectio 9.a

essentia Divina n bene explicatur per hoc, quod sit radix attributorum.

RR.s n nulli in hanc mentem abierunt, qui ut reliquarum iam effugerent impugnationes, et in tuto se collocarent, pro dicta sq meditati sunt: quorum alij radicem hanc dicunt e fraliter indivisibilem ab eaque dimanere intellectum, volitum, omipotam &c.a Alii vo docent radicem hanc ee fraliter compositam ex particularibus, et incompletis radicibus, quarum alia radix e intellectiui, alia volitiui, et alia omipotentie &c.a

Sed nomine e erit hæc radix, sive simplex, sive fraliter composita per illam n bene explicari esse Divinam proboi; qa in hac ra explicat, ignotum qualis e etiã quasi, per quod

cognoscitur, nisi fortè sit ignotus, qualia sunt attributa Divina: siquidem attributa Dei nihil aliud sunt, quàm radicata in essentia Divina: ideo quod essentia D. dicere esse radicem attributorum nihil aliud est, quàm dicere essentiam Divinam esse radicem radicatorum in essentia Divina; et eo modo ignotae radices, et radicata esse nos quàm obscuras: ergo essentia Divina non bene explicatur per radicem attributorum. Confirmatur 1º: non bene explicatur essentia hominis per radicem proprietatum humanarum: neque essentia equi per radicem proprietatum equinarum: ergo neque essentia Divina per radicem attributorum Divinorum. Patet consequentia à paritate rationis. Confirmatur 2º; quia nihil difficilius est, quàm rerum essentias explicare; cognitio enim essentialis, et quidditativa rerum, qualis debet esse essentialis, est omnium difficillima: ideoque est difficillimum explicare quid sit corpus, quid sit spiritus, et sic de aliis; at hunc modum explicandi nihil facilius est, quàm rerum essentias explicare: ergo non iste explicandi essentiam Divinam ineptus est. Minor patet; quia sicut essentia Divina est radix attributorum Divinorum, ita corpus est radix attributorum corporeorum, et spiritus radix attributorum spiritualium: ergo ex hunc dicendi modum nihil facilius est, quàm rerum essentias explicare.

Dicendum: essentia Divina rem et formaliter est radix Divinorum attributorum: quod in ea radice consistit essentia Divina, bene quod per illam explicatur: siquidem omne subjectum bene explicatur per id, in quo consistit, et per id, quod formaliter est. Ad 1 contra antecedentem, nego consequentiam quod explicatur nimis obscurè, cum talis explicatio, seu definitio debeat esse clarior definito. Ita enim essentia Divina est formaliter essentia Divina, in eaque consistit: nec tamen bene explicatur essentia Divina per hoc, quod sit essentia Divina, seu ipsa quod consistat in essentia Divina.

Hinc infertur, ineptè explicari essentiam Divinam, ut meus quondam in Theologia institutor asserebat per hoc, quod sit ratio à priori omnium Divinarum perfectionum; quia haec est obscura explicatio, sicut haec essentia hominis consistit in ratione à priori omnium perfectionum humanarum. Deinde dum dicitur, essentiam Divinam esse rationem à priori

omnium Divinarum perfectionum, l. nulla excipitur, sic hoc falsum est; quia essentia est perfectio Divina, nec tamen est ratio sui à priori: l. excipitur essentia, sic quia essentia Divina dicitur in ratione à priori omnium Divinarum perfectionum praeter perfectionem essentiae, sic quod essentia explicatur per essentiam, quod vitium est in omni defe, et explicatione: ergo essentia Divina inepte explicatur per rationem à priori Divinarum perfectionum. Sectio 10ª pro intelligentia constitutionis essentiae Divinae multiplex illatio.

Sectio X.ª

Pro intelligentia constitutionis essentiae Divinae multiplex illatio.

Prima sit: optimam omnium explicationem essentiae Divinae formaliter sumptae esse, quod sit intellectivum à se, siquidem clare explicat essentiam Divinam per duos ut conceptus, specialissimum, ut aseitas, et ... illi proximum, qualis est conceptus intellectivi: et omnis huiusmodi explicatio recta est, ut patet in hac defe, ut aiat regula, quae hac ratione bona, et recta est, idque est de aliis definitionibus ... : ergo praedicta Divinae essentiae explicatio omnium optima est.

Secunda est: inter haec praedicata esse à se sive aseitatem esse ultimum dici essentiae Divinae constitutivum; quia illud est ultimum essentiae constitutivum, per quod essentia differt formaliter ab omni eo, quod ipsa non est formaliter; et talis est aseitas: ergo aseitas est ultimum Dei constitutivum. Minor patet; quia nihil adhuc Divinum est formaliter à se, et ab summe realiter. Ubi notandum maiorem Theologorum partem, qui de constitutivo Divinae essentiae investigant, totam quaestionem, eiusque difficultates ad constitutivum ultimum convertere, nihil curantes constitutivum ultima, quare dum docent essentiam Dei consistere in intellectione purissima, l. intellectivo radicali, aut similibus intelligendi sunt de constitutivo, l. constitutivo ultimo; quia rationes subsistentis, et ... realis negari non possunt pertinere ad constitutionem Dei, cum ratio viventis et subsistentis formaliter de illo praedicentur.

Tertia illatio est: essentiam Divinam

Deitas formaliter, et metaphysice est compositio ex intellectivo, et aseitate: sive ex eadem aseitate, et omnibus praedicatis ultimis. Probatur quia ubi est pluralitas cum nexu, ibi est compositio: siquidem nihil est compositio, quam plurium nexus: sic quia in compositione reali naturali est compositio, quia ibi est pluralitas materiae et formae cum nexu unionis; et inter praedicata essentiae divinae est pluralitas formaliter et metaphysica; subsistentia enim non est formaliter spiritus, neque spiritus est formaliter intellectualis, neque intellectualis est formaliter a se. Deinde datur nexus horum praedicatorum; quia intellectus non concipit haec praedicata, ut dissoluta, et dispersa, sicut acervus lapidum, neque ut scopas dissolutas, sed tanquam praedicata aliquo distinctiva unum per se metaphysice constituentia, et realiter inter se identificata: ergo inter praedicata essentiae divinae datur compositio, et consequenter essentia divina est metaphysice composita. Probatur consequentia; quia ea ratio enim est compositum; quam inter eius praedicata essentialia intercedit nexus, et compositio.

Nihilominus hanc metaphysicam compositionem negare fecerunt Thomistae, quibus adiungitur Gonet tomo 1° de Deo disputatione 4 articulo 1° § 3°: si daretur in Deo compositio esset ex genere, et differentia; sed in Deo nequeunt esse genus et differentia: ergo in Deo nulla est compositio. Maior constat, quia substantia est genus, et aseitas differentia: nec videtur posse in Deo rationabiliter admitti compositio metaphysica, et negari genus, et differentia, quae sunt praecipuae partes metaphysicae. Minor probatur; quia differentia se habet ut actus, et genus se habet ut potentia; sed haec repugnant in Deo: ergo repugnat genus, et differentia. Minor probatur; quia potentia est quid imperfectum, potentiale, et perfectibile per differentiam; at vero quidquid competit in Deo ut summe perfectum, et actus purus competit: ergo etc. Confirmatur; quia repugnat aliquid competere in Deo ut creatum, et finitum: ergo etiam repugnat aliquid competere ut imperfectum, et potentiale: eadem enim est utriusque ratio.

Respondeo concessa maiori nego minorem; quia licet Deo non repugnet actus logicus, ita nec repugnat potentia logica, qualis

è genus, cuius potestas solum dirigit in differentia superius a dicta hoc

imperfectionem, si illa differentia dicitur. Nec obstat quod aliquid

imperfectum et potentiale, ut tale est logice, et formaliter, non realiter:

quidquid autem dicitur in Deo, ut supponitur Dei debet dici ut summe

perfectum, et actus purus in propria linea, non in omni linea,

quod non competit ut dicitur de Deo, et creaturis, qualis est ratio subiecti,

vel intellectivi, solum est dici ut praescindens ab omni imperfectione.

Ad confirmationem itaque distinguo antecedens: repugnat aliquid dici in Deo ut

creatum et finitum positive, concedo antecedens: privative, nego antecedens. hoc est,

repugnat aliquid dici in Deo affirmando idem creatum, vel finitum; non tamen

repugnat dici aliquid in Deo non affirmando esse infinitum, nec increatum,

sed ab utroque praescindendo. Similiter distinguo consequens: quod repugnat aliquid

dici in Deo ut imperfectum et potentiale positive, concedo consequens: privative, ne-

go consequens: genus autem solum privative est potentiale et imperfectum, non vero positive.

Arguitur

2°: quaecumque non in Deo invicem includunt, et de se invicem praedicantur;

genus et differentia nec se mutuo includunt, nec de se invicem praedicantur:

in Deo non est compositio ex genere, et differentia. Maior probatur: quia nihil in Deo potest

dici, de quo non sit verum dicere esse vivens, subiectum &c. Confirmatur 1°: ta-

lis compositio debet esse cum aliquo fundamento in re; sed huius compositionis nul-

lum est in Deo fundamentum: ergo huiusmodi compositio non datur in Deo. Maior vide-

tur, quia alias posset intellectus pro libito illam cuicumque conceptui quantum-

vis simplicissimo applicare; Minor probatur: quia fundamentum compositionis metaphysicae

est distinctio virtualis graduum ratione cuius unus gradus est extra alium,

et virtualiter unus se habet ut potentia, et alter ut actus, quod repugnat

Deo, in quo nihil virtualiter potentiale, et imperfectum est: ergo in Deo

nullum datur fundamentum huius compositionis.

Confirmatur 2°: fundamentum compositionis ex

genere et differentia est distinctio realis inter essentiam, et existentiam; sed Dei

essentia realiter distinguitur ab existentia, neque in illa potest dici ali-

Quippe aliquid magis propinquum, vel remotum ab existentia: ergo ibi non est fundamentum compositionis ex genere et differentia. Maior patet, quia cum entia ordinentur ad existentiam, sicut potentia ad actum, ex maiore, vel minore propinquitate ad existentiam possunt in ipsa entia esse magis vel minus potentiales, quippe ex quibus quod propinquius est existentiae, se habet sub remotioribus ut actualis ad potentialia, et ut differentialis ad genericum: quod fundamentum est.

Respondeo ad argumentum negando maiorem; quia licet omnia, quae sunt in Deo realiter sint substantia, et immensa; non tamen sunt formaliter talia: siquidem Omnipotentia non est formaliter immensa, vel substantia, idemque est de immensitate, vel aeternitate. Ad 1um confirmationem concedo maiorem, et negatam minorem ad eius probationem distinguo antecedens: fundamentum compositionis metaphysicae est distinctio virtualis lata, prout idem est cum distinctione fundamentali, concedo antecedens: est distinctio virtualis stricta, quae verificat praedicata alias contradictoria, nego antecedens. Itaque haec 2a distinctio non est necessaria ad metaphysicam compositionem, sed 1a sufficit, ut patet in creaturis. In Deo autem non repugnat aliquid esse potentiale, vel imperfectum virtualiter, ut hoc idem est, ac fundamentaliter; hoc enim tantum denotat dari in Deo fundamentum ad conceptus nostros imperfectos, et ex modo concipiendi ponere potentialitatem in Deo, qua ratione Deus procul dubio dicitur virtualiter imperfectionem, et potentialitatem: quidquid sit, an alia ratione possit dici esse in Deo virtualiter imperfectionem, et potentialitatem, quae materia est quaestio de voce.

Ad 2um confirmationem nego maiorem. Itaque fundamentum distinctionis rationis et compositionis ex genere, et differentia est magis, vel minus patens convenientia; quo ens cum pluribus est conveniens, eo magis generalius est conceptus, si ens excipias, quod propter eius ultimitatem, et transcendentiam dicitur excipitur a generibus. Quo autem cum paucioribus eo magis accedit ad differentiam, cum igitur in Deo dentur conceptus cum pluribus convenientes, nec non cum paucioribus, fit inde dari etiam genera, et differentias et compositionem inde resultantem metaphysicam. Tota autem doctrina, quae in probatione maioris traditur, de distinctione entis

eius ab extra, deque ordine unius ad aliud illa omnino est, impossibile est, quod à nris, et Scotistis est. Sectio II. residuas impugnationes illationes deducimus.

Sectio II.

Residuae illationes deducuntur.

Quarta illatio est: explicatio nostra, quadi- mus, Deus est intellectivus à se esse proprie definitio dialectica; quia definitio, quae constat proprio genere, et differentia proprie dialectica est: siquidem per utrumque, conceptus constituendus definitionis dialecticae dialectica dicitur; sed nostra explicatio constat talibus praedicatis: ergo nostra explicatio proprie est definitio dialectica. Minor probatur; quia constat ex intellectivo, quod genus est, et praedicatur proprie, et univoce de intellectivo creato, et increato, quae magis differunt, et distant, quam homo et equus, quorum animal est genus: deinde constat aseitate, per quam differt magis Deus à creatura, quam homo per rationale à qualibet specie, quae homo non est: ergo nostra explicatio talibus constat praedicatis, scilicet genere, et differentia.

Sed dices: quod definitur, finitur siquidem clauditur tanquam duobus terminis genere, et differentia. At Deus non potest finiri, cum infinitus sit: ergo nec potest definiri. Respondendo negando maiorem, itaque quod definitur definitione dialectica clauditur duobus terminis non intrinsecis, sed extrinsecis; denominatio autem generis, et differentiae est extrinseca desumpta à conceptibus intellectus magis, vel minus confusis: termini autem extrinseci non sunt contra aseitatem infiniti, quia iis duobus terminis Deus et creatura clauduntur, Deus infinitus, et infinite creaturas potest: siquidem nihil est, quod ibi non contineatur, nec etiam idem contra ea infinita; quia hi termini sunt connotativi infiniti.

Sed instas: Deo nihil est prius, quia Deus est realiter, et tam realiter, quam [illegible], neque intellectus, sed compositus ex genere, et differentia est posterius genere, et differentia: ergo Deus nequit esse compositus ex genere, et differentia. Minor probatur; quia constitutum est posterius constitutivis. Respondendo distinguendo maiorem: nihil est realiter à Deo prius, concedo maiorem: nihil prius est à Deo prius prioritate rationis,

rationis, nego maiorem. Itaque Deus tam realiter, quam formaliter est primus ens respective ad entia similaria; quia omnia ab illo trahunt originem; non est, primus ens in eorum, quae dependent ab ente creato, et increato, quae enim non sunt similaria non est necesse procedere à Deo: huiusmodi sunt entia diminuta ut formaliter non sunt ab alio, ita atque effective non sunt à se, ideoque non sunt posteriora Deo: eorum deinde formaliter, et ratione nostra distinguunt Deum haec ratione sunt priora Deo, Deusque illis posterior.

Quinta illatio est: Deus à nobis viatoribus concipitur conceptu positivo proprio, et quidditativo ita Doctor Subtilis et Scotistae: probatur quia: ille conceptus est proprius et quidditativus rei, qui positive eam explicat per partem propriam rei alteri non convenientem, et ulterius explicat quid sit res, seu eius essentia; sed Deus à nobis viatoribus concipitur intelligendo ens à se, qui est conceptus positivus, deinde est conceptus ita proprius Dei, ut alteri praeter Deum non conveniat, ac tandem explicat eius, sive quidditatem Dei: ergo Deus à nobis concipitur conceptu positivo proprio, et quidditativo.

Sed dices primo: quandoque proprium Dei ad hoc ut concipiatur ut proprius Dei debet concipi ut actus purissimus saltem realiter, et increatus, et infinitus; sed actus purissimus est conceptus negativus: ergo Deus nequit à nobis concipi conceptu positivo proprio et quidditativo. Minor probatur quia actus purissimus dicit negationem potentiae ad existendum, vel non existendum, et negationem potentiae receptivae, et idem est de increato, quod dicit negationem principii effectivi, et de infinito, quod dicit carentiam finis: ergo actus purissimus est conceptus negativus. Confirmatur ex Patribus doctoribus tradentibus Deum à nobis explicari per id quod non est, non vero per id, quod est; sed id, quod Deus non est, est conceptus negativus:

Respondeo ad primum: Concedo maiorem, nego minorem, quia licet actus purissimus explicetur per conceptum negativum logicum, scilicet per actum, in quo nulla est potentialitas, revera est conceptus positivus physicus, quia actus purissimus est actus identificatus realiter cum omnibus perfectionibus possibilis identificari cum ente sibi sufficienti; qui conceptus ut iacet tam logice, quam physice est positivus, ratione cuius excluditur potentia ad existendum, vel non existendum, et potentia receptiva.

Praeterea increatum est conceptus positivus; quia ens increatum est ens sibi sufficiens seipso positive excludens omnem indigentiam principii effectivi, ut explicatur logice per negationem huiusmodi principii. Infinitum autem ut logice explicetur per negationem finis, physice quid positivum est: siquidem infinitum physice est, cuius est extra semper aliquid accipere, hoc est, cuius qualibet parte, vel finalitate divisive sumpta restant extra illam aliae, et aliae dictae, quae conceptum constat esse positivum. Ad confirmationem nego, respondeo, docere, Deum a nobis explicari per id, quod non est, quatenus per conceptus logice negativos a nobis explicatur; negare vero explicari per conceptus positivos, quatenus a nobis nequit explicari per conceptum positivum, qui immediate, et per proprias species Deum explicat.

Dices 2°. conceptus positivus, et quidditativus rei est conceptus immediate, et per proprias species rei, vel in medio aliquo superiori; sed Deus non est naturaliter a nobis concipibilis immediate, et per proprias species; alioquin a nobis naturaliter videretur; neque praeterea est medium aliquod Deo superius: ergo nequit a nobis concipi conceptu positivo, et quidditativo. Confirmatur: si Deus a nobis conciperetur quidditative, cognosceretur, ut est in se; sed hoc repugnat: ergo nobis repugnat conceptus naturalis, et quidditativus Dei. Probatur minor; quia haec cognitio esset intuitio Dei, siquidem cognitio obiecti ut est in se est intuitio. Respondeo distinguendo maiorem: conceptus positivus et intuitivus, vel superintuitivus est conceptus immediatus, et per proprias species, concedo maiorem: abstractivus, nego maiorem. Itaque ad conceptum quidditativum abstractivum satis est conceptum explicare quidditatem, et essentiam rei, adhuc in medio inferiori obiecto quidditative explicato. Ad confirmationem concedo maiorem, et nego minorem, ad cuius probationem distinguo antecedens: cognitio immediata obiecti, et per propriam speciem est intuitio, concedo antecedens: cognitio mediata, et per alienam speciem, nego antecedens. Cum itaque cognitio positiva propria, et quidditativa Dei sit mediata, et per alienam speciem, fit inde non esse intuitivam. Quaestio 6 an essentia Divina sit omnino simplex substantia.

Sectio 1a affirmativa proponitur conclusio. Quaestio. 6a

An essentia Divina sit omnino simplex substantia?

Sectio 1ª

Affirmativa proponitur conclusio.

Simplex entitas est illa, quae omni caret compositione: omnis autem compositio est, vel ex essentia et existentia, vel ex natura et supposito, vel ex materia et forma, vel ex partibus integrantibus, vel ex subiecto et accidenti. Vide si natura divina caret omni huiusmodi compositione erit substantia omnino simplex. Sit ergo nostra conclusio: essentia Divina est substantia omnino simplex. Conclusio haec est de fide, et definita in Concilio Lateranensi cap. Firmiter de summa Trinitate, ibi Pater et Filius et Spiritus Sanctus una essentia, substantia, seu natura omnino simplex. Unde manifeste reijcitur error Anthropomorphitarum affirmantium Deum esse compositum corporeum, habereque caput, manus, pedes, reliquaque humani corporis membra. Neque eis favent plura testimonia sacra, in quibus huiusmodi membra Deo tribuuntur, quia illa tropice intelligenda sunt, sive improprie, ut quando dicitur Deus irasci, vel poenitere, neque iis favet illud Genesis 1º: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram; quia Deus hominem fecit ad imaginem et similitudinem suam, quantum ad mentis intelligendi et amandi similitudinem: non vero quantum ad corpus, cuius omnino expers est iuxta illud Deus spiritus est.

Deinde probatur ratione conclusio: essentia Divina, sive Deus est substantia optima; atqui substantia optima est omnino simplex: ergo essentia Divina est substantia omnino simplex. Maior constat ex eo, quod Deus sit ens optimum, ut supra vidimus. Minor probatur; quia caeteris paribus melius est simplex composito, quia caret imperfectione compositionis, qui modus imperfectissimus est: caret praeterea imperfectione, quas involvunt partes componentes, ut indicat vox ipsa partes, quas omnes imperfectiones excludit realiter substantia composita: ergo substantia optima est omnino simplex. Confirmatur 1º: substantia optima est omnino

independens ab omni causa, sive extrinseca, sive intrinseca; atqui essentia Divina esset compositas non esset independens ab omni causa intrinseca: ergo essentia Divina est omnino simplex. Probatur maior, cum melior sit haec independentia, quam dependentia sibi opposita. Minor probatur; quia compositum dependet à suis partibus tanquam à causis intrinsecis.

Confirmatur 2º: si essentia Divina esset substantia composita, vel partes illius essent à se, vel non essent à se; quia inter utrumque hoc dictorum non est medium; sed utrumque repugnat: ergo Deus non est substantia ullo modo composita, sed omnino simplex. minor probatur quoad primum, quia si partes essent à se quaelibet esset essentia Divina; haec enim est substantia à se, Deusque realiter nihil aliud est, quam substantia à se, vel ens, quod aperte repugnat, quia pars non est totum, cuius est pars: ergo nec partes illae possunt esse à se; hoc enim est totum, scilicet essentia Divina, cuius partes sunt. Deinde si partes illae essent à se, essent essentia Divina: ergo cum partes illae plures sint, plures essent essentiae Divinae, et plures Dii, quod esse contra rationem naturalem saepe vidimus; sed neque 2º non esset à se, sive esset ab alio, quae est 2ª pars minoris; probatur, quia si pars aliqua earum non sit à se, sed sit ab alio, compositum inde resultans ab alio est; quia scilicet compositum, cuius una pars est producta genitus est: ergo illud compositum Deus non est. Probatur consequentia; quia Deus est ens à se, et non ab alio. quod si omnes partes sint ab alio, profecto ullo totum compositum ab alio erit, necessario quia deveniendum erit in aliquod simplex, quod sit à se, et non ab alio, quod ista ideo Deus erit, siquidem est ens à se: ergo Deus est substantia omnino simplex.

Ex dictis infero Deum carere compositione ex essentia, et existentia, cum haec opponatur summae Dei simplicitati, quae in Deo probata est. insuper adhuc in creatis repugnat huiusmodi compositio, ut in physicis probavimus: ergo potiori iure repugnabit in Divinis. Caret insuper eadem compositione ex natura, et suppositis, quia non compositionibus

cum summa simplicitate. Praeterea melius est non suppositata reipsa, quam quod aliquid a se realiter distinctum; illa enim nullius a se realiter distincti indiget, at suppositata haec vero alio indiget: atque Deus sive essentia Dei est ens optimum: ergo caret huiusmodi compositione.

Caeterum Deus compositione ex materia et forma: tum quia haec compositio non convenit cum summa simplicitate; tum quia materia est ens imperfectissimum, forma a qua non ita adeo imperfecta, est tamen ens imperfectum, utpote in multis dependens a materia; Deus optimus expers est omnis imperfectionis: ergo huiusmodi compositionis. Quarum ratione releganda a Deo compositio ex partibus integralibus; quaelibet imperfecta est, eo quod non importet perfectionem alterius: ergo Deus cum optimus non potest constare partibus ita imperfectis.

Tandem Deus immunis est a compositione ex substantia et accidenti: tum propter ipsius summam simplicitatem: tum quia accidens est ens imperfectum, nec non substantia accidentis; Deus optimus nequit componi partibus imperfectis: ergo neque ex substantia et accidenti: ergo essentia Divina est substantia omnino simplex. Substantia inquam, dico simplex physice et realiter, quia metaphysice et formaliter de compositione aliqua compositione generis et differentiae constat, quae recte [illegible] ex ll.a Sectio 2.a Statuta conclusio ab obiectionibus expeditur.

Sectio. 2.a

Statuta conclusio ab obiectionibus expeditur

Obiicient 1.o simplicitas nulla dicit perfectionem; ergo eo ipso non est cur sit in Deo: ergo Deus non est substantia omnino simplex; minor constat; cum de ratione entis optimi solum sit habere id, quod dicit perfectionem. Maior probatur; quia simplicitas enim per abstractionem compositionis: at negatio sicut nihil est, ita nulla dicit

dicit perfectionem: ergo simplicitas nulla dicit perfectionem. Confirmatur 1°:
Summa simplicitas summe opponitur compositioni; et compositio
est quid positivum: ergo summa simplicitas est negatio. Probatur consequentia
quia quod summe opponitur positivo est negatio. Minor probatur: quia
compositio est unio partium inter se. Confirmatur 2°: per carentiam positionis
compositionis, unionis videlicet, ens omnino simplex relinquit simpli-
citatem, sive non est simplex; et quidquid desinit esse per carentiam po-
sitionem entis positivi est negatio: ergo simplicitas est negatio. Consequentia,
Minor; quia ideo tenebrae negatio sunt, et ignorantia negatio etc., quia
illa desinunt esse per carentiam positionis lucis; et hoc per carentiam posi-
tionem scientiae.

Respondeo ad argumentum negando maiorem, ad minus probationem di-
stinguo maiorem: simplicitas est negatio logica compositionis, concedo
maiorem: est negatio physica, nego maiorem. Hoc est, simplicitas constituitur
per actum positivum, ut docent Scotistae contra Thomistas, explicatur per concep-
tum negativum; sicut non causam cum sit per actum positivum explicatur
per conceptum negativum. Ad 1am confirmationem distinguo maiorem: summa
simplicitas summe opponitur compositioni oppositione quasi contradictoria, conce-
do maiorem: oppositione quasi contraria physica, nego maiorem: itaque
quae summe opponuntur contrarie est positiva: ita enim summe cali-
dum, et summe frigidum summe opponuntur, et tamen utrumque oppositi-
onis extremum positivum est.

Ad 2am confirmationem nego maiorem. quia ulterius ad
ablationem simplicitatis requiritur distinctio partium vel extremorum: ideo quia
si inter divina praedicata poneretur compositio adhuc ea praedicata censeret
esse simplex. quia compositio constat extremis realiter distinctis unitis: hic
autem in hypothesi non constaret ens divinum; neque obstat in hypothe-
si ens divinum constare compositione, sive unione; quia non quaelibet
habens compositionem, vel unionem est compositum, et quod habet composition-
em partium realiter distinctarum, qualem non haberet ens divinum.

Deinde concedo minorem, et nego consequentiam; quia cum compositio, seu unio ratione majoris cum simplici relinquat simplicitatem, sit simplicitas nihil est, et consequenter negatio physica; ideoque simplicitas, quae tolleret de praesenti quid positivum est.

Imo hinc probatur simplicitatem esse quid positivum adhuc defectuali, licet per negationem explicetur; quia id, quod immediate et formaliter tollit per negationem physicam positivum est; ut patebit discurrenti per tabulam omnium positivorum; sed vera simplicitas tollit immediate, et formaliter per negationem physicam: ergo simplicitas adhuc defectuali quid positivum est. Minor probatur; quia imprimis tollit per suum non esse deinde tollit per pluralitatem partium, eamque unionem, quae de se seclusa nihil est, quod si etiam poneret, nihil erat; haec enim est natura impossibilis, ut facta suppositione quod sit, adhuc non sit, ut potest flatus ex eo, et non ex eo, consequenterque impossibile, semperque nihil est, sive negatio physica est: ergo vera simplicitas tollit immediate, et formaliter per negationem physicam.

Objiciunt 1o: in Deo est pluralitas, ut patet in Divinis Personis, quae plures sunt; sed ubi est pluralitas, ibi est compositio, ut patet in binario, qui compositus est, ex ipso, quod ibi sit pluralitas unitatum: ergo Deus compositus est. Confirmatur; quia Divinae Personae nectuntur inter se nexu identitatis in eadem essentia; sed ubi est pluralitas nexu, ibi est compositio: ergo in Deo saltem ratione Personarum est compositio, quod confirmatur; sin repugnaret in Deo compositio ratione Personarum, nec repugnaret ratione ejus quia imperfectio, quae repugnat Personis, at ergo haec absque imperfectione potest dari compositio.

Respondeo ad argumentum concedendo majorem, et negando minorem; quia pluralitas sine unione non sufficit ad compositionem, quae formaliter in unione consistit; binarius

ad compositum ē n̄ simpliciter, et secundum quid, quia nulla aliquā compositione componitur illa, quae illi conferunt in illius unam unitatem cum alia conferendo, quae collatio ordo coherentia unitatibus illarum nectit, ut binarium componant, et hac ratione n̄ repugnat compositio in Deo ratione Personarum, quarum conferens in illius earum nectit, ut ternarium constituant; repugnat vero ratione eius Divinae, quia inter eius parata n̄ datur pluralitas, quae ē fundus huiusmodi compositionis secundum quid. Ad confirmationem concedo maiorem, et distinguo minorem: et ubi ē pluralitas cum nexu nectente plura, ibi ē compositio, concedo minorem: plura n̄ nectente, nego minorem. itaque nexus identitatis, quae ē in Divinis n̄ nectit unam Personam cum alia, siquidem unam cum aliam identificat; nectit tamen quamlibet Personam cum essentia Divina; ut tamen essentia et Personae sint plura realiter, et unum et idem, fit inde nexus hunc identitatis nihil conferre ad compositionem, de qua ē quaestio, sed referri ad compositionem mentalem, quae licenter admittimus in Divinis.

Obiiciunt

2º: ex se, et ceteris paribus: maioris ē imperfectio venire in compositionem cum alio, quam ē entitas composita, ut patet in materia et forma, quae divisim magis imperfectae sunt, quam totum compositum; sed Deo repugnat venire in compositionem cum alio, ut patet in Verbo Divino componente Christum cum humanitate, ut inquit Sanctus Athanasius: sicut anima rationalis et caro unus ē homo, ita Deus et homo unus ē Christus: ergo Deo repugnat ē compositum: quia natura Divina ē substantialiter posita; quia quidquid ē in natura Deo n̄ repugnat, necesse ē.

Respondeo distinguendo maiorem: ex se et ceteris paribus maioris imperfectio ē venire in compositionem ex indigentia, quam ē entitas composita, concedo maiorem: venire in compositionem ex abundantia, nego maiorem. itaque materia et forma ideo magis imperfectae sunt, quam compositum, quia ex utriusque indigentia veniunt in compositionem; ceterum venire in compoi-

compositione ex abundantia non solum non est major imperfectio in extremo veniente in compositionem, quam in composito, verum etiam in composito esse compositum est imperfectio, cum tamen in extremo componente nulla sit imperfectio, sed infinita perfectio, ut patet in exemplo, cum nihil arguit quod Christus Dominus in ratione compositi habet plures imperfectiones, ut esse compositum, esse creaturam etc., cum tamen Verbum Divinum, quod venit in compositionem hanc cum humanitate, sit expers omnis imperfectionis, ut patet ex natura Dei, et de his videbimus in materia de incarnatione. Quaestio 1ª an essentia Divina sit substantia omnino perfecta. Sectio 1ª exponitur difficultas, et affirmativa statuitur.

quaestio 1ª.

an essentia Diuina sit substantia omnino perfecta?

Sectio 1ª.

Exponitur dificultas, et affirmatiua probatur sententia.

Perfectum a Philosopho est, cui nihil deest eorum quae ad ipsum spectant. quod potest sic paulo clarius definiri: ens habens omnia ad suum complementum, v. g. homo habens magnitudinem, figuram, colorem, partes omnes integrales, et accidentia omnia, quae ad ipsum spectant, perfectus homo est. complementum hoc, qualecumque id sit, perfectio est; ultra quam perfectio quoque subsistit, quidquid intrinsece illi convenit est, ut hominem intelligere, et amare.

Quod si ens ad suum complementum exigat omnem perfectionem, quae in omni genere entis, ergo habeat, perfectum erit omnino, quod si solum exigat perfectionem generis determinati, ergo in possideat, perfectum erit non omnino, sed in illo genere. Perfectum omnino dicitur perfectum simpliciter; perfectum autem in aliquo genere perfectum secundum quid: 1º quae perfecti complementum, sive perfectio perfecti simpliciter dicitur, 2º vero perfectio secundum quid. Sed cur quaestionem hoc dicatur alibi docebimus, ubi diximus quidquid convenit, est ratio fundamenti, quod ab imperfectione esse perfectionem simpliciter. hanc quod esse perfectionem simpliciter simpliciter in ... aliquis ne-

negantis esse imperfectionem; sive continet perfectiones immixtas imperfectionibus, nec perfectionem esse perfectiones simpliciter non simplices: de his dicetur latius ibi.

Quibus

notatis sit ma. conclusio: Deus, sive essentia Divina est substantia omnino perfecta. Ita communiter theologi, et probatur ratione naturali; quia ut supra ostensum est, Deus est ens optimum; et ens optimum ad suam perfectionem, sive complementum exigit perfectiones in omni genere entis, ergo possidet; ergo Deus est ens, et substantia omnino perfecta. Probatur consequentia; quia est omnino perfectum, quod exigit perfectiones in omni genere entis, eas quae possidet. Minor probatur; quia si non exigeret perfectiones in omni genere entis, vel non possideret, non esset optimum, quia possibile hac ratione esset perfectius; optimus quod esset aliquod exigens, et possidens: ergo ens optimum ad suam perfectionem, sive complementum, exigit perfectiones in omni genere entis. Confirmatur 1º: possibilis est substantia omnino perfecta, cum nulla sit in illa contradictio, vel repugnantia; et huiusmodi substantia est essentia Divina, sive Deus: ergo Deus est substantia omnino perfecta. Minor probatur; quia Deus est optimus, et maximus, qualis ab est substantia omnino perfecta.

Confirmatur 2º: Deus est causa omnium, quae sunt in omni genere entis possibilium: ergo habet in se perfectiones omnium, quae sunt in omni genere entis possibilium; quia ut naturae lumine notum est, nemo dat, quod non habet. Sed aliunde habet omnes perfectiones, quas in se formaliter habet, ut per se notum est; omne enim habens habet quidquid formaliter habet: ergo est substantia omnino perfecta: siquidem talis est, quae continet perfectiones omnium, quae sunt in omni genere entis, et insuper proprias perfectiones.

Sed 1º advertendum est cum dicimus essentiam Divinam esse substantiam omnino perfectam, id intelligendum in sensu reali; ratione enim continet perfectiones omnes generis entis, non in sensu formali; quia in hoc essentia formaliter solum est perfecta in genere proprio esse, et in eo ... omnino perfecta; quia essentia Divina formaliter non est omnipotentia, vel immensitas: ergo in genere dispositionis, vel immensitatis non est omnino perfecta formaliter. Advertendum 2º aliter Deum esse perfectum perfectionibus, quae praescindunt ab imperfectione, ut

perfectionibus subsist. viventis, l. eis, quae excludunt omnes imperfectiones, ut aseitas, immutabilitas, omnipotentia: aliter perfectionibus, quae includunt imperfectiones, ut homo, equus etc. lis enim perfectionibus perfectus est Deus perfectus, sive actualis earum existentia in Deo: ideoque formaliter, sive actualiter est realiter substantia, vivens, disponens etc. His vero perfectionibus perfectus est potentia quatenus eas distinct in actioni perfectione, cuius virtute, et eminentia eas potest producere, ideoque Deus non est formaliter homo, equus, bene tamen virtualiter, sive eminenter.

Advertendum 3o perfectiones quae includunt imperfectionem, quae est, diximus perfectiones simpliciter, ergo dicta ad Deum perfectum ultimus eius dicitur aseitatis fieri perfectiones simpliciter simplices: perfectio enim simpliciter simplex, quae est perfectio realiter excludens omnes imperfectiones; at quaelibet perfectio, quae realiter est a se excludit realiter omnes imperfectiones: siquidem omnis perfectio realiter a se realiter est Deus, quod entium realiter est ens optimum, quod eo ipso realiter excludit omnes imperfectiones; alioqui optimum non esset imperfectum, quod est contra rationem optimi, ergo omnis perfectio simpliciter dicta ad Deum est perfectio simpliciter simplex. Sectio 2a difficultatis explicatione firmatur doctrina tradita.

Sectio 2a

difficultatis explicatione firmatur doctrina tradita.

Difficultas 1a contra doctrinam traditam est, quod ut colligitur ex sancto Isidoro, iuxta nominis etymologiam perfectum est, quod totaliter factum est; sed Deus nec partialiter, nec totaliter factus est: ergo non omnino, imo neque ullo modo perfectus est. Respondeo perfectum creatum solere, non vero increatum, quale est Deus; hic enim perfectus est, quatenus nihil illi deest eorum, quae ei debentur: est a omnino perfectus, quatenus omnis perfectio ei debetur. Perfectum tamen creatum merito dicitur, quod totaliter factum est; quod eius illius perfectio facta sit, non de intelligentiae perfectione...

n intelligit totaliter factus, idē, taliter factus, ut in eo nihil faciendus maneat.

2ª ē: oio pfectus dicit includens oēs pfectiones, et inclusio omnium pfectionum in uno ente oio repugnat: ergo Deus n ē oio pfectus. Maior patet; q si aliquam n includat illa carebit, quare erit imperfectus, et n oio pfectus. Minor pbatur; q plures pfectiones sunt incompatibiles, ut corporeitas, et incorporeitas: ergo inclusio omnium pfectionum in uno ente repugnat. Resp. concedendo maiorem, et distinguo minorem: inclusio omnium pfectionum formaliter in uno ente repugnat, concedo minorem; inclusio quarumdam formaliter, et quarumdam virtualiter repugnat in uno ente, nego minorem. Deus itaque includit formaliter oēs pfectiones prescindentes ab imperfectione, l. illas excludentes, inter quas nulla ē repugnantia; pfectiones vº admixtas imperfectionibus eminenter, sive virtualiter continet. Et a continentia formali hanc sit repugnantia; n tn ulla ē in earum virtuali continentia: sic enim lt amor, et odium formaliter repugnent, in utriusque continentia virtuali nulla ē repugnantia, ideoque utrumque virtualiter continet eadem voluntas.

Tertia difficultas ē: repugnat oio pfectum, siquidem hoc ē pfectum in omni genere entis, quale si aliquod esset, ē colectio Dei, et creaturarum, quae formaliter componitur ex pfectionibus singulis omnium generum entis; et adhuc haec pfecta n ē: ergo repugnat Deus ēe substantia oio pfecta. Minor pbatur; q talis colectio caret simplicitate, quae ē pfectio; deinde claudit imperfectiones creaturarum, quae componunt: ergo illa colectio n ē oio pfecta. Confirmatur: 1ª Persona, v.g. in Divinis Deus ē; et 1ª Persona n ē substantia oio pfecta: ergo Deus n ē substantia oio pfecta. Minor pbatur; q 1ª Persona n ē realiter 2ª Persona, quae ē pfectio simpliciter, eaque sine imperfectione. Confirmatur 2º: omnes pfectiones entis oio pfecti debent simpliciter simplices saltem realiter, ut supra notabamus, et Personae,

~~[illegible struck-through lines]~~

Patris in Divinis non est perfectio simpliciter simplex: ergo Deus non est ens omnino perfectum. Minor probatur quia perfectio simpliciter simplex ex Anselmo, et Doct. Theolog. melior est ipsa, quam non ipsa; at Personalitas Patris non est melior Personalitate filii, quae non est ipsa: ergo non est perfectio simpliciter simplex.

Respondeo ad argumentum negando maiorem. Nego deinde perfectum utrumque in omni genere entis esse omnino perfectum; quia omnino perfectum est, quod perfectum est in aliquo genere entis, et caret omni imperfectione, quam eius non careat collectio Dei, et creaturarum, ut bene probatur in minori, inde autem non est omnino perfectum. Ad 3. Confirmationem concedo maiorem, et distinguo minorem: Persona non est omnino perfecta, qua Persona est, concedo minorem: qua Deus est, nego minorem. Itaque ut Persona, qua Persona non est substantia optima, et bona, similiter qua Persona non est omnino perfecta, et summe perfecta.

[illegible] Dico ad maiorem, nego minorem; quia [illegible] contradictio, quando [illegible] subiecta realiter distincta, [illegible] [illegible] praedicatorum; [illegible] ergo aeque [illegible] virtualiter plura; ideoque de virtualiter distinctis nunquam verificantur contradictoria. Ad 1um [illegible] ergo unus dicat idem realiter [illegible] alter non dicat idem realiter [illegible], ut unus dicat affirmando, alter vero negando: quare si [illegible] loquatur de intellectu sibi contradicunt; si vero unus loquatur [illegible] alter de voluntate non sibi contradicunt; quia loquuntur de distinctis virtualiter, ubi affirmationem et negationem [illegible] contradictio. Ad 3um [illegible] concedo maiorem et minorem, et nego consequentiam, [illegible] dari inter extrema virtualiter dista [illegible] contradictio; quia [illegible] procul dubio ponerent distinctionem realem

Instant 2°. quaecumque negant mutuo
vere et primo, et affirmant se realiter distinguuntur; quia iden-
titas est mutua affirmabilitas vera, et distinctio mutua negabilitas
etiam vera; sed de quolibet negatur vere suum contradictorium, et affirmatur
se, dicendo vere lux non est tenebrae, et ipsae sunt tenebrae: ergo etc.
de voluntate divina, quae non est principium Verbi se affirmat esse tale principium,
et vere negat esse principium Verbi; realiter distinguitur a se ipsa.
2°; quia si voluntas divina, quae non est principium Verbi realiter distingui-
tur a principio Verbi, realiter est principium Verbi: siquidem unum non distinguitur ab alio,
et est idem cum illo: sed per eam idem; et repugnat voluntatem realiter esse prin-
cipium Verbi, et non esse principium Verbi; erit enim verum esse idem simul esse
et non esse, et hoc impossibile est idem simul esse, et non esse: ergo repugnat sine
distinctione actuali verificari contradictoria. Confirmatur 2°: sicut homo negat
se realiter distinguitur a se; est enim ipse siquidem se, et negat
requirunt esse simul; sed voluntas divina habet negationem principii Verbi: aliter
aliqui realiter est principium Verbi: ergo realiter distinguitur a principio Verbi. Sed
principium Verbi est ipsa: ergo realiter distinguitur a se ipsa.

Resp. distinguendo ma-
iorem: quaecumque negant mutuo vere et primo, et affirmant se sine dis-
tinctione virtuali realiter distinguuntur, concedo maiorem: cum distinctione
virtuali, nego maiorem. Ita [illegible] vera illa mutua negabilitas, et affir-
mabilitas [illegible] signum est distinctionis, vel realis, vel virtualis, ideoque
si virtualis non detur, dabitur realis: Ad eandem concedo minorem, et nego
consequentiam; enim ibi sit distinctio virtualis, non infertur realis distinctio.
Ad 2um probationem nego maiorem, cuius probationem distinguo: si distinguitur
unum ab alio, et est idem cum illo sed per eam idem nisi intercedat
intercedat virtualis distinctio, concedo antecedens: si talis distinctio intercedat,
nego antecedens, quia ubi haec intercedit distinctio, stat optime unum
distingui ab alio, et adhuc non esse [illegible]; ideoque voluntas divina
distinguitur realiter a principio Verbi, nec tamen realiter est principium Verbi.

Nec ex eo, quod voluntas n. sit realiter principium Verbi, sive quod idem est, n. habeat identitatem realem cum principio Verbi, quatenus Verbi est, sequitur realiter distingui à principio Verbi; quia in Divinis non sufficit negatio identitatis, neque quomodolibet unum realiter n. esse aliud est ratio formalis distinctionis realis; sed negatio identitatis cum oppositione relativa; quia ibi omnia sunt unum, nisi obstet relationis oppositio: cum autem haec n. detur inter voluntatem, et principium Verbi, fit inde n. distingui realiter, et si unum realiter n. sit aliud, sive quod idem est, habeat negationem identitatis cum alio.

Hinc distinguo minorem: repugnat voluntatem esse realiter principium Verbi, et n. esse, ut sunt voluntas, et ista virtualiter distincta, concedo minorem: ut ipsa realiter indistincta, nego minorem: hac enim ratione dicitur intellectus, à quo cum virtualiter distinguitur, potest quidem intellectus esse principium Verbi, et n. quia voluntas, et quod in re idem est, acciderit esse principium Verbi, n. vero voluntas. Ita enim rationale quantum est ... dicuntur, quia rationale est, n. vero quia quantum, quod in re idem est, ac rationalitas distinguere, n. vero quantitatem. Verum quod est nonne esse idem simul esse, et n. esse si adsit distinctio realis, vel virtualis, consequens impossibile est idem esse, et n. esse, si absit distinctio realis, vel virtualis, nisi hoc verum est verum, et aliter ... ubi adest omnimoda identitas tam realis, quam virtualis, secundum ... nego ... dari distinctionem, ubi adest alterutra ... distinctionum.

Ad 23. distinguo majorem: virtutem habentem negationem ... realiter distingui à ..., quo ... est unum tam formaliter, quam virtualiter, ... majorem: ... adeo ... sit unum formaliter, ... virtualiter ..., nego majorem. Sicut enim ratione unius ... potest habere ... et ratione alterius ... ideo eadem entitas divina, quia intellectus habet ..., sed ... principii Verbi, ... voluntas vero n. habet ..., sive habet negationem principii Verbi; quia n. est realiter principium Verbi, ubi notandum, quod licet intellectus, et principium Verbi ...

virtualiter non distinguuntur, adhuc vero verum est intellectum esse realiter voluntatem, non vero prius Verbi esse realiter voluntatem; adhoc enim sufficit virtualis distinctio inter voluntatem et prius Verbi ex una parte, et ex altera eadem distinctio inter intellectum, et voluntatem.

Instant 3o: quaecumque divina perfectio aeque tantundem se communicat aliis divinis perfectionibus aliis, quantum se sibi communicat; quia habet cum illis adaequatam identitatem, qua maior nulla est potest communicatio; at si eadem distinctiones virtuales aliquod praedicatum conveniret intellectui, quod non conveniret voluntati, ergo esse prius Verbi non tantundem se communicabit intellectui voluntati, quantum sibi se communicat; quia sibi communicat esse prius Verbi, non vero voluntati: ergo in Divinis non est huiusmodi virtualis distinctio. Resp. negando maiorem: quia quaecumque divina perfectio sese communicat formaliter, et virtualiter; aliquibus vero aliis solum se communicat ~~realiter~~, formaliter, sive realiter adaequate, non vero virtualiter, neque obstat adaequata identitas, quia haec non est summa communicatio, nisi attingat communicationem sive identitatem etiam virtualem, qualis non datur inter intellectum, et voluntatem in Divinis.

Instant 4o: quaelibet divina perfectio absoluta existit ~~[illegible]~~ in omnibus divinarum perfectionum secum identificatarum; quia est existens a se; et nihil potest existere in sui contradictorio, alioquin existeret in sui non esse, quod impossibile est ex apprehensione terminorum; ergo eadem distinctionis virtualis nullibi ponuntur verificari praedicata contradictoria, consequenter talis distinctio nullibi datur. Resp. concedendo maiorem, et minorem, et etiam consequentiam quoad illam partem, scilicet quod eadem distinctionis virtualis non verificant praedicata contradictoria; quia sicut eadem distinctiones realis non verificant contradictoria, quia cessat, ubi est contradictio; similiter non est eadem distinctionis virtualis: nego vero consequentiam quoad illam partem, scilicet quod non detur distinctio virtualis; etc.

hic enim non est ad necessitandam distinctionem, et ad tollendam illam distinctionem.
q.o 3.a an essentia Divina, et attributa distinguantur per operationem intellectus?
Sectio 1.a exponitur difficultas, et doctorum opiniones referuntur.

q.o 3.a

an essentia Divina, et attributa distinguantur per operationem intellectus.

Sectio. 1.a

Exponitur difficultas, et doctorum sententiae referuntur

Ea, quae realiter idem sunt, et diversis attinguntur cognitionibus inadaequatis, dicuntur distingui, sive distinguuntur ratione. Dixi diversis cognitionibus: si enim cognitiones eodem modo cognoscant, nulla est distinctio rationis: v.g. si cognoscam animal cognitione, et postea cognitione eodem illud idem animal cognosco, etsi cognitiones sint distinctae, non ideo animal distinguitur ab animali. Deinde dixi cognitiones debere esse inadaequatas, quia per cognitionem adaequatam obiecti non fit distinctio rationis: ideoque Deus, vel quilibet alius cognoscens comprehensive obiectum, nullam ponit in obiecto rationis distinctionem: duo autem involuit essentialiter distinctio rationis, 1.m fecunditatem, sive eminentiam, qua dicitur obiectum ad multiplices terminos, v.g. homo ad sensationem, et ratiocinationem: 2.m imperfectionem intellectus comprehendentis obiectum, sive illud comparantis, aut cognoscentis in ordine ad unum terminum, et non in ordine ad alium, ut cum homo cognoscitur in ordine ad sensationem tantum, et non in ordine ad ratiocinationem, quando cognoscitur in ordine ad sensationem tantum, dicitur animal, et quando cognoscitur in ordine ad ratiocinationem tantum, dicitur rationale.

Haec rationis

distinctio, quae quia habet fundamentum in re dicitur rationis ratiocinatae, ut hac ratione distinguatur a distinctione rationis ratiocinantis, quae tali caret fundamento, ab intellectu oritur. Cognitio directa est attingens ex parte obiecti directe unum praedicatum realiter, et non aliud, quamvis utrumque sit realiter idem, reflexa vero attingit praedicata praecisa, et eorum actus, hoc est realiter attingens illius obiecti directe, non tamen in ordine ad eosdem terminos, v.g. cognitio animalis, quae realiter tota hominem attingit, ipsa tamen cognitio eum cognoscit solum in ordine ad sensationem, non vero in ordine ad ratiocinia.

Ob his primis 1.a sa negat inter essentiam, et attributa distinctionem ex natura rei, ita Nominales quos Doctor a Doctoribus reiiciunt, itemque Nominales solum de nomine contendunt cum magnatheologis, quia soli negant distinctionem rationis ratiocinatae ex parte obiecti, quam etiam negat magnatheologus ... 2.a sa distinctionem rationis ponit inter essentiam Divinam, et attributa; non qualemcumque, sed ratiocinatam obiective, quae sententia est communis opponens Nominalibus, defenditque a Patre Vazquez, Hurtado, Complutensi, Mezatto, et aliis.

3.a sententia solum ibi ponit distinctionem ratiocinatam ex parte actus, ita Suarez, Granado, et communiter Thomistae, docentque quod essentia et attributa obiective, et formaliter implicite esse idem; non vero formaliter, et explicite, sive expressive, quae sententia in re eadem est cum Nominalibus qui solum negant distinctionem rationis ratiocinatam ex parte obiecti, licet quandoque ratiocinatam ex parte actus negare videantur. Haec sententia duo deinde docet, 1.o quod essentia et attributa sese mutuo includere, illud est esse de ratione, neque est de illius essentia, haec esse vera: *potentia essentia Divina est formaliter sapientia*; *sapientia est formaliter essentia Divina*, et sic de aliis.

Quarta sententia, quam defendunt de Hurtado Salmanticenses, Arriaga, et alii ... nullam distinctionem rationis admittit praeter distinctionem rationis ratiocinatam ex parte actus, eamque solum ponit inter essentiam et attributa, quae etiam in re est eadem ——

—————————————————————

—————————————————————

————————— est eadem cum Nominalium sententia. Scotus vero ... ponit inter essentiam, et ea attributa, inter quae in ordine ad praedicationes verificandas separata, quae ... contradictoria essent, nisi intercederet distinctio virtualis distinctionem rationis ratiocinatam ex parte obiecti ideoque illam admittit inter intellectum, et voluntatem.

Haec tamen sententia differt a 3.a, quoniam absolute negat essentiam includi in attributis, et e converso negat ... essentiam esse

O

ē de attributorum essentia, ubi hoc ē de essentiae esse; tandemque quae- sitarum propositionum ueritatem essentia Diuina ē formaliter Di. potentia, Dipotentia ē formaliter essentia Diuina, et sic de alijs, et ratio ē, eo(dem) quo pri- mo distinguntur essentia et attributa, ac distinguuntur a ratione, quia realiter sunt idem omnino et obiectiue, solum quia differunt in expressione, quatenus connotantur in ordine ad diuersos terminos, seu connotata, et hoc sufficit, ut falsae sint hae affirmationes: rationale ē formaliter animal: animal ē formaliter rationale: ē et sufficiet, ut hae intelligantur: essentia ē formaliter Di. potentia Di- potentia ē formaliter essentia, et sic de alijs. Sectio 2a duplici conclusione exponit propria sententia.

Sectio 2a

Duplici conclusione exponitur propria sententia

Prima sit: essentia Diuina, et attributa distin- guuntur ratione, siue per operationem intellectus. ita Doctores theologi communiter. Minima- ... ; quia idem obiectum realiter respiciens diuersos terminos conceptus in ordine ad unum ... distinguitur à seipso, ut conceptus in ordine ad alium: ... homo conceptus in ordine ad sensationes distinguitur à seipso ut con- cepto in ordine ad rationalia; quia non est proprium idem dicere homine ... prius sensationes, ac dicere eundem esse principium rationalium. solum quia differunt animal et rationale, quia animal, et animal, rationale, et rationale; quia unum conceptus ex obiecto in tali ... sensationes, alterum rationalia, quae sunt obiecta realiter dista: quia idem obiectum realiter conceptus in ordine ad unum ... distinguitur à se ipso ut conceptus in ordine ad alium.

Sed essentia Diuina et attributa sunt idem obiectum realiter, conceptum in ordine ad diuersos terminos: ergo essentia Diui- na, et attributa distinguuntur per operationes intellectus. Probatur ... quia distinguitur hoc modo ē res eadem ... diuersis conceptibus. Minor subsumpta probatur: essentia Diuina ... quae ē ... à se ... in ordine ad propria, ... nequaquam, sua in ordine ad suam creatam, cui ... quidem ... et de volun- tate, ac tandem Di. potentia in ordine ad creaturas, quae ... quae sunt

si tum realiter dist: quae est Divina, et attributa, et sint idem obiective realiter, distinguuntur tamen ratione, siquidem idem realiter ut conceptum uno conceptu, et in ordine ad quendam modum distinguitur a seipso ut concepto alio conceptu, et in ordine ad alium modum.

Sed contra dices 1°

ex Gonet disp. 3 de essentia et attributis art. 3: obiectum idem ut conceptum uno conceptu distingui a seipso ut concepto alio non est obiectum distingui, sed distingui conceptus: ergo essentia et attributa non distinguuntur, sed conceptus attributorum et essentiae. Resp. distinguendo antecedens: obiectum idem ut conceptum uno conceptu distingui a seipso ut concepto alio non est obiectum distingui intrinsece et realiter, concedo antecedens; extrinsece, et per rationem, nego antecedens. Itaque conceptus distinguuntur intrinsece; sed quia extrinsece afficiunt obiectum, illud etiam ratione eorum extrinsece distinguitur.

Dices 2°: si praedicta explicatio distinctionis rationis vera esset, sequeretur sane duas Divinae incomprehensibilitatis ad diversas Divinitatis, ut patet ex ipsa explicatione; sed conceptus realiter distinguuntur: ergo essentia et attributa realiter distinguuntur. Et confirmatur: quia illa realiter distinguuntur quae per formas realiter distinctas distinguuntur. Resp. concedendo maiorem et minorem, et negando consequentiam, cuius probationem distinguo: illa distinguuntur realiter quae per formas intrinsecas, et independenter ab operatione intellectus distinguuntur, concedo antecedens; quae per formas extrinsecas, quae quasi per operationem intellectus, nego antecedens.

Dices 3°: idem esse Dei est misericordia et iustitia, quia punitio Divina semper habet mixtum indulgentiae et remissionis, quae est misericordia. Praeterea eadem creatura potest denominari a scientia Dei, voluntate, et potentia, et nihilominus haec attributa ratione distinguuntur: ergo rationis distinctio non consistit in eo, quod res eadem comparetur in ordine ad diversos modos, quos connotat... quod recipit Nominales, ... in Divinis ... rationis distinctionem. Sed nos ...

diuinis do maiorem: idque effectum est misericordiae, et iustitiae secundum idem, neque maiorem: idque ita diuina realiter, et rationem maiorem. ita etiam punitio diuina est effectus iustitiae quatenus est poena debita culpae; est vero effectus misericordiae quatenus est reparationem poenae ad aequalitatem debitae peccato: ita etiam ratione penae, et reparationis poenae esse non distinctas. Vt tamen creaturae solet esse in Deo diuinis, quatenus sua diuina aequiualet sui creatae voluntati, quatenus voluntati creatae aequiualet, et omnipotentiae, quatenus ipsi creatae aequiualet: creaturae autem potentiae et actus sui creatae, creaturae potentiae, et actionis creatae realiter non sunt, et potentiae creatae debent esse inter realiter distinctae.

Est 2a. ratio: distinctio rationis, quae intercedit inter essentiam diuinam, et attributa in diuina est, et tamen realiter. Ita Doctores, qui realiter contendunt, videlicet, quod inter Nominales ea, etiam angelos; quod essentia diuina, et attributa sunt realiter idem indiuisibile, et idem indiuisibile non potest partem cognosci, et partem non cognosci: Diuinitas non est idem indiuisibile, et diuisibile in id, quod cognoscitur, et in id, quod non cognoscitur: ergo distinctio rationis, quae hic intercedit, non est ipsa ratio obiectiua; quia vt in cognitione diuina debet obiectum partem cognoscere, et partem non cognoscere obiectum. Dicitur: cognitio attingens essentiam diuinam cognoscit realiter id, quod realiter est essentia diuina; quia nihil cognoscit realiter, nisi quatenus cognoscit id, quod realiter est; sed essentia diuina est realiter attributa et attributum est realiter essentia diuina: ergo cognitio cognoscens essentiam realiter, etiam realiter cognoscit attributa et est de obiectiua non sufficit, quia obiectum facit obiectiua ratio, non cognoscit id, quod obiectum realiter est, etiam cognoscit id, quod obiectum realiter est, quod est aperte ingolae et implicatorium.

Huic argumento soli potest occurri recurrendo ad distinctionem virtualem, quae intercedat inter essentiam et attributa. Contra quam

quod distinctio dicta ea virtualis, quae euenit ob operationes diversas, ... superiori: ideoque negandae, nec admittenda nisi inter ea attributa, et eius, ubi fides cogit ea admittere ad tollendam contradictionem, quae foret sine illa: solummodo est concedenda virtualis distinctio inter intellectum et voluntatem divinam, ibique etiam solum admittenda obiectiva praecisio: et insuper solum in his ... cognitionibus, sine quibus mysterium Trinitatis apte non explicatur, nec ... possunt subsistere sine dicta virtuali. Sectio 3a tertia alia de deo mente nostra exponit.

Sectio 3a

Tertia alia de deo mente nostra exponitur.

Sit 3a deductio: essentia divina non includit formaliter attributa, neque e converso: sic ego id est, essentia divina non est de conceptu essentiali attributorum, neque attributa de conceptu essentiali eius. Ita ... q. 4 ... relati, plures alii apud ... Penafiel disp. 3 sect. 2a, quos sequitur ipse, et probatur: in Deo non solum sunt conceptus essentiales, et etiam attributales; ... si omnia praedicata divina includerentur in natura divina, non essent attributa; ergo non omnia praedicata divina includuntur in natura divina. Maior ... supponitur, ut patet ad minorem ab adversariis. Probo minorem: attributum ut tale est conceptus secundarius supponens primarium completum, in quo radicetur, at si omnia praedicata divina essentialiter includerentur in natura divina, nullus esset conceptus secundarius supponens eius ... ... in eo esse, neque in illa radicaretur: ergo nullus esset attributum. Maior ... omnes adversarii admittunt. Minor ... evidens est ex ipsis terminis; ideo enim conceptus ... secundarius non potest esse in hoc conceptus secundarius supponens ... essentiam ... includit essentialiter in illa, illaque ... essentialiter, ... ulterior ratio est ... in ... et ... est ... omnem conceptum essentialem illius, et ...

constituta est per rationem constitutivam; ergo nullo modo potest concipi ut prior, et ut radix; quia in illo signo, quo concipitur essentia ut totaliter distincta, et conceptus essentialis ut constituens, concipitur talis conceptus ut non supponens eum, vel non concipitur, vel concipitur: si non constituit talis eum: si ita non concipitur? non concipitur ut attributum.

Dices: attributum implicite conceptum constituit eum, quia etiam constituit attributum implicite, et per hanc rationem non potest concipi attributum, ut conceptus secundarius radicatus in essentia: attributum vero explicite conceptum potest concipi ut conceptus secundarius radicatus in primario supponens illum ut completum ut misericordia explicite concepta concipitur ut conceptus secundarius radicatus in voluntate, vel natura divina, supponens illam completam, et per hanc rationem non constituit eum divinum.

Sed contra est: quidquid convenit alicui subiecto ad eandem lineam pertinet tam implicite, quam explicite conceptum: sed attributa explicite concepta pertinent ad lineam praedicatorum secundariorum non constituentium essentiam divinam: ergo et adhuc implicite concepta pertinent ad lineam attributalem conceptus secundarii. Maior est mihi evidens; quia ideo veritas implicite concepta est extra eum entis, et pertinet ad conceptum secundarium, quia explicite concepta pertinet ad conceptum secundarium, et est extra eum entis.

Confirmatur; quia natura divina implicite includit attributa implicite concepta: ergo natura divina explicite concepta includit attributa explicite concepta. Ratio est ipsa ratio, quam impugnamus: ... ideo natura divina implicite concepta includit attributa, quia est infinita simpliciter, et in omni genere entis, et attributa sunt perfectiones simpliciter simplices; sed natura divina explicite concepta est infinita in omni genere entis, et attributa divina etiam explicite concepta sunt perfectiones simpliciter simplices: ergo natura divina explicite concepta includit essentialiter attributa explicite concepta, ut quae pertinebunt ad

Conceptus primarius Dei est hic syllogismus liquet, ex quo manifestè deducitur non esse in Deo attributa et id, quod ipsi adversarii supponunt.

Probatur 2.º Conclusio: Conceptus illi, qui se formaliter excludunt, non se formaliter includunt, neque unus est de conceptu essentiali alterius, ut constat ex his, et ex exemplo animalis, et rationalis, qui hac ratione non se mutuo includunt, neque unus est de conceptu essentiali alterius; sed essentia, et attributa sunt conceptus, qui se formaliter excludunt: ergo non se formaliter includunt. Probatur minor: Sunt aliqui conceptus, qui se formaliter excludunt, quando respiciunt terminos, qui se formaliter excludunt, ut patet in animali, et rationali ideo se formaliter excludunt, quia sensatio et ratiocinatio, quae sunt eorum respectus, se excludunt: cum enim homo formaliter includat animal, quia hi respectus ab homine sunt sensatio et ratiocinatio includunt sensationem, quam respicit animal: sed essentia, et attributa respiciunt terminos, qui se excludunt, essentia enim Divina utpote ens à se respicit negationem causae, sua Dei sapientia creata, cui aequivalet, volitio Divina volitionem creatam, et idem est de dispositione, et reliquis, quae inter se excludentes dicuntur: ergo essentia Divina, et attributa sunt conceptus, qui inter se formaliter excludunt.

Confirmatur: Conceptus formalis essentiae Divinae non est conceptus formalis dispositionis, immensitatis, et sic de aliis; quia non statim, ac aliquis Deum apprehendit, cognoscit esse dispositionem, vel immensum: sed ad id indiget, vel nova consideratione, vel longis rationibus, ut experientia patet, quod est evidens signum distinctionis inter hos conceptus, quae ad invicem separantur: ergo conceptus illi non se includunt, quia qui se includunt, nequeunt mutuo separari: ergo essentia Divina, et attributa formaliter distinguuntur. Probatur consequentia: quia illa formaliter distinguuntur, quorum conceptus formales distinguuntur, sive ita se habent, ut unus non sit alter.

Ex dictis

1.º infertur quod hac essentia Divina est dispositio, immensitas, et sic de aliis.

dispositio est eius: Divina immensitas est dispositio, et sic de aliis, in quibus abstracta essentia praedicantur de attributalibus, attributalia de essentialibus, et alternatim alia de attributalibus, hae, inquam, propositiones in sensu reali sunt verae propter identitatem obiectorum et realem eorum inter se; in sensu vero formali esse falsas propter formalem distinctionem eorum inter se: quarum propositionum in sensu reali usurpari a Sanctis Patribus, non in sensu formali, qui minus usitatus quod ipsos est.

Inferes 2.° praedicta

propositiones in recto v. g. Deus est dispositionis immensus: dispositionis est immensus, et sic de aliis, esse veras adhuc in sensu formali non quidditative, sed denominative; quia huiusmodi propositiones quidditative acceptae indicant praedicatum esse de ratione formali subiecti, quod falsum est; denominative vero indicant formam praedicati esse in subiecto, quod verum est. Sicut in sensu reali propositio ista: Lux formaliter est albus, calidus etc. denominative sunt verae, quia sic indicatur formam praedicati esse in subiecto, quod verum est, et quidditative sint falsae, eo quod sic indicetur praedicatum realiter esse de ratione subiecti, quod falsum est.

Dices 3.° istae: Deus est sapiens, dispositionis in sensu formali sunt verae, sunt quia in eo modo dicendi se habent illis in quibus ... in sensu reali enuntiatur de subiecto, ut cum dicitur, ignis formaliter est calidus, terra formaliter est sicca. Sectio 4.ª Triplex statuta distinctio ab obiectionibus vindicatur.

Sectio 4.ª

Triplex statuta distinctio ab obiectionibus vindicatur

Contra 1.ª distinctionem nullam video specialem difficultatem, propter quam hic solvimus. Contra 2.ª vero distinctionem, sique sunt argumenta, ea probant ulterius dari distinctiones obiectivas, de quibus in materia logica disputatione 2.ª abunde egimus, ex quo esse omnino impossibilem in eadem 2.ª distinctione rationis praeclarum est. Contra 3.ª tertiam distinctionem sunt argumenta Thomistarum, et Patris Suarez, qui propositionem ... militare videntur; sed vera eorum argumenta distinctionem non ... siquidem illis solum ostenditur esse Divinitatem realiter et obiective, sicut ipsi ...

ipsi loquuntur implicite esse attributa, et essentiam, non vero explicite, quod etiam nos fatemur; quia nullam distinctionem rationis admittimus ratiocinatae, utraque in conceptibus explicitis, cum implicite, quaecumque realiter identificantur sint ideo.

Sed rogas: in quonam ergo differimus a Thomistis, et Patre Suarez? Respondeo tantum in modo loquendi; quia cum nos omnem distinctionem rationis in explicitis duntaxat conceptibus ponamus, nec in conceptibus formalibus, non vero in objectivis, et implicitis, cum hac sola distinctione dicimus unum conceptum non esse formaliter alium, unum non componere cum alio, ideo animal non esse formaliter rationale, cum eo quae formaliter componere, consequenter essentiam non esse formaliter attributa, neque esse divinam [illegible]; adversarii vero cum admittant in creatis majorem distinctionem ea, quae est inter conceptus explicitos, ideo affirmant animal et rationale non solum explicite, sed etiam objective et implicite distingui; in divinis autem essentiam et attributa nolunt hanc distinctionem cedere, sed solum penes conceptus explicitos, inde est, eos affirmare has propositiones esse veras: animal formaliter non est rationale, animal componitur cum rationali: essentia vero has propositiones esse falsas: essentia divina formaliter non est dispositio, essentia divina componitur cum dispositione. Ex quo manifeste in re idem affirmamus cum Patre Suarez et Thomistis a divinis compositiones utrinque removentes, in modo loquendi ab illis differimus: loquimur enim ac si compositiones obtinuimus ibi poneremus.

Sed dices: distinctio penes solum explicitum, et implicitum conceptum non satis est ad exclusionem formalis unius conceptus ab alio, neque ad compositionem: sic enim distinguuntur homo, et animal rationale: nec tamen distinguuntur formaliter, neque homo componitur cum animali rationali: ergo si essentia divina, et attributa hoc solo modo distinguuntur formaliter non distinguuntur, neque componuntur. Respondeo distinguo antecedens: distinctio penes solum explicitum, et implicitum [illegible] cum identitate connotatorum non satis est ad exclusionem formalis unius conceptus ab alio, concedo; secundo antecedens: cum diversitate connotatorum [illegible]

diversis, nego ant. homo itaque et animal rationale eadem recipiunt connotata, scilicet animal, et rationale, ideoque homo et animal rationale neque distinguuntur formaliter, neque componunt; cum tamen animal, et rationale et formaliter distinguantur et componant; cum quod essentia, et attributa habeant diversa connotata, inde est formaliter distingui, et formaliter componere.

Sed quidquid de modo loquendi sit, quaeritur, secundo modo loquendi Thomistarum, contra Patrem Suarez arguitur 1°: essentia Divina formaliter est summe perfecta: siquidem est infinite perfecta, est summe simplex, et optima; sed non potest esse talis formaliter, nisi formaliter includat attributa: ergo essentia Divina formaliter includit attributa. Probatur minor: quia non est summe perfectum ens, quod formaliter excludit attributa, sive quod illis caret, neque est infinite perfectum, siquidem potest addi perfectio attributalis, neque est summe simplex, quod cum attributis componit, nec tandem optimum est quo melius divinitas ex essentia et attributis: ergo essentia Divina non est formaliter summe perfecta, nisi formaliter includat attributa. Cum quod etiam quodlibet attributum sit formaliter summe perfectum, infinitum, summe simplex, et optimum attributa formaliter includunt etiam.

Arguitur 2° scientia Divina qua Deus sapiens est, si formaliter non est essentia Divina, vel est illi aequalis, et hoc non potest esse, quia nihil potest esse aequale essentiae Divinae nisi alia essentia Divina, quod cum impossibile est, vel est eidem inaequalis, excessu, et hoc non quia nihil potest excedere essentiam Divinam, vel inaequalis defectu, et hoc etiam nequit dici: quia quidquid ita excedit ab essentia Divina creatura est: ergo scientia Divina formaliter est essentia Divina, idemque est de reliquis attributis, quo argumento usi sunt Sanctus Bernardus, Augustinus, contra Gilbertum, eodem modo nos utimur.

Arguitur 3°: essentia Divina realiter est de essentia attributorum, et includitur in illis, et est eorum conceptus;

qa nihil magis e de essa alterius, includunt, in tertio, qa quod realiter e alterius; quidem e de essa alterius, includunt, nisi id, quod e de essa Di, quae realiter e talis, eadem e formaliter essa: ergo formaliter essa Divina includit attributa, et ita in essa ... minor; qa aliter essa Divina esset formaliter imperfecta, et chymera; siquidem distinguitur ab ea, quae realiter est ...

Arguet 4o. attributa Di sunt formaliter ens a se, ens non ens ab alio; alioqui essent creata; sed essa Divina e ens a se formaliter: ergo attributa Di includunt formaliter essentiam Divinam. Confirmatur essa Divina continet formaliter omnes perfectiones sine imperfectione; qa haec continentia e de ratione entis infinite perfecti; sed attributa Di sunt perfectiones sine imperfectione, aliter ens non essent formaliter in Deo: ergo essa Divina formaliter includit Di attributa.

Huic secundo, qui primum inclusione essentiae in attributis producunt, ab aliis illam repugnantibus, quibus fere omnibus occurrimus disputatione 8 sect. 6, et ... in aliquid restat addendum nisi ea debere a suis authoribus explicari; qa cum hi doceant essentiam Divinam explicite non includere attributa, neque haec explicite includere essentiam in eo explicito ... reponunt, ... ipsos imitaturi ... qa essa Divina e summe perfecta: ergo explicite includit attributa: cum ergo quodlibet attributum explicite sit summe perfectum, quodlibet explicite includet essentiam Di. Respondetur adversarii, et quidem optime, essentiam Di explicite esse summe perfectum in ratione essentiae, et solum implicite in omni genere entis. Eandem solutionem et nos exhibemus, essentiam autem Divinam non esse formaliter summe perfectam, sed solum in ratione essentiae, et aiemus esse summe perfectum in omni genere entis, quod propositione servavimus de attributis diximus.

Qu in ... ; ... Divi

quia ista divina licet expresse, realis est; atq; sic esset ex-
plicite essa, et expressive esset inaequalis, cum magis maior exponens,
esset minor, contra quam esset essa. Respondetur Scotus divi-
nam explicite esse inaequalis, et minor essa; non tamen inae-
qualis; quia implicite essa divina. Similiter possumus nos re-
spondere, illa esse formaliter esse inaequalis, et minorem essa; non tamen esse aequalis,
quae realiter est essa divina. Quoniam, eadem est essa divina, quae
realis est, et quae formaliter explicatur; alioquin si explicite esset im-
plicite, et maxime, et essa divina realiter est, licet includat attri-
buta; ergo et secundum explicite. Respondetur essentia divina re-
aliter, dicitur explicare esse eandem realiter, et obiective, non tamen explici-
te. Similiter et nos dicimus, essentia divina realiter, et essentia di-
vina formaliter esse realiter eandem; non tamen formaliter, ideoque procedit essentia
divina realiter esse, sive includere omnia attributa, quae forma-
liter non sit omnia, licet ea includat.

Instaurat. 4. arguit; quia attri-
buta expresse sunt a se, non enim sunt expressive ens ab alio;
alioquin expresse essent creata; et ens a se expresse est essa
divina expressive; quia attributa divina expresse sunt essa divi-
na, contentum expresse, sive explicite includunt essentiam divinam.
Confirmatur: quia essa divina dicitur explicite omnes perfectiones sine im-
perfectione: siquidem explicite est infinita perfecta in omni genere
entis: et attributa explicite sunt perfectiones sine imperfectione, et essa
divina illa explicite dicitur. Respondetur, attributa non esse expresse ens
a se; non tamen, propterea esse ens ab alio, sed neque quia implicite sunt ens a se,
et Deus. Quod et nos recitamus illa attributa non esse formaliter ens a se;
non tamen propterea esse ens ab alio, sed neque quia realiter sunt ens a se, et Deus.
Ad confirmationem respondetur essentiam divinam explicite dicere omnes perfectiones,
sine imperfectione, et eas [illegible], quae explicite est distincta eius, et reliquas
omnes solum implicite; quia solum implicite est infinita in omni genere entis.

et adventu haec ratio, quod in Deo veritas transcendentalis addit in relatione conceptuali, et tamen in formalitate intrinseca extrinseca.

6a. Demum

ratio veritatis nihil est aliud, quam ipsum ens creatum connotans primario cognitionem Divinam, secundario autem cognitionem creatam: quae connotatio non superaddit enti aliquid realiter distinctum ab ipso, neque relationem, neque absolutum, et ipsissimus conceptus est ipsius, quia est comparatio quaedam virtualis unius rei, vel nec ad proprium conceptum eius rei, quae vero dicitur est: et pro ad confirmandum Eucharistiae mysterium dicere solemus hostiam consecratam esse verum corpus Christi Domini, per quod nihil aliud significamus, quam illud idem corpus, quod per proprium verum conceptum corporis Christi repraesentatur, quod est comparari idem corpus Christi Domini cum ipso, quae comparatio non potest esse actualis et formalis, sed tamen virtualis, hoc est in ordine ad ipsam rem, ut cognitam. Ita communiter noster Pater Suarez disputatione 8 metaphysicae, sectione 2a. Sectio 2a proponitur et breviter refelluntur.

Sectio 2a
Propositae sententiae breviter refelluntur.

Dico 1o: veritas non potest consistere in aliquo ente rationis. Ita Pater Suarez et Hurtado ubi supra. Et probatur; quia ens rationis est formaliter oppositum veritati: ergo non potest esse ratio formalis veritatis. Antecedens probatur; quia ens rationis est formaliter quid fictitium habens esse solum obiective in intellectu; sed veritas opponitur fictioni: ergo veritas opponitur enti rationis. Maior constat, et minor probatur; quia id, quod est formaliter destructivum fictionis, est oppositum fictioni; sed veritas est formaliter destructiva fictionis: ergo veritas opponitur fictioni: ergo et enti rationis, et consequenter neque in illo veritas consistere.

Dico 2o: veritas non consistit in exclusione extrema naturae positiva contra duos quos statuerunt omnes metaphysici Aureolus, et ratio est manifesta; quia illa exclusio formaliter est fictio; sed veritas non est formaliter fictio: ergo veritas non est exclusio ex

exhaurit non positive. Maior est certa constat; quia per dis-
tinctionem excludit quodlibet ens a suo conceptu positive quam-
uis [?] aliud ens positivum. Minor est certa; quia distinctio per ipsum no-
vet [?] ad unitatem, ut patet manifeste contrariam ad unitatem.

Dico 3º

veritas in abstracto importat [?] est dicunt D.D. [?] et a apud Conim-
bricenses loco citato [?] quia veritas est capacitas, seu aptitudo, quae
datur in ente, ut sit obiectum cognitionis verae; et haec capacitas non est quid
negativum: ergo est quid positivum. Minor probatur: haec capacitas seu aptitudo
se habet in ente sicut se habet visibilitas in colore, seu aptitudo ut vi-
deatur: sed haec capacitas in colore non est quid negativum, et positivum:
ergo etiam capacitas in ente ut habet cognosci non est aliquid negativum, et posi-
tivum. Maior est certissima; quia sicut color se habet in ordine ad visionem ita
se habet ens in ordine ad cognitionem. Minor probatur; quia si visibilitas esset
aliquid negativum, Deus non excluderet illam a suo conceptu per aliquam
negationem; at Deus excludit invisibilitatem a suo conceptu per aliquam nega-
tionem: ergo visibilitas non est aliquid negativum: ergo similiter cognoscibilitas
in ente non est aliquid negativum, et positivum.

Dico 4º: veritas non potest
esse denominatio extrinseca. Probatur 1º: veritas est capacitas in obiecto,
ut causet unam sui notitiam, seu est capacitas, ut cognitio conformetur
illi; et haec est aliquid intrinsecum in obiecto: ergo veritas est aliquid intrinsecum
et non extrinsecum in obiecto. Maior conceditur ab adversariis; quia in ente
datur illa capacitas, quae est conceptus secundarius entis, et est passio con-
nexa cum ente; quae est attributum entis. Sed non est aliud [?] veritas [illegible]:
ergo est veritas. Probatur minor probabiliter: illud est capacitas in obiecto,
ratione cuius obiectum habet aptitudinem, ut cognoscatur et ideo ratione cuius
obiectum habet aptitudinem, ut cognoscatur, est entitas intrinseca obiecti: ergo haec
capacitas est aliquid intrinsecum. Maior est evidens, et minor probatur: id
ratione cuius obiectum cognoscitur actualiter, et habet actualem cognitionem

actualis est id, ratione cuius obiectum habet apprehendi, ut cognoscatur, sed obiectum ratione propriae entitatis cognoscitur, et trahat actualem cognitionem; ergo obiectum ratione propriae entitatis habet apprehendi, ut cognoscatur.

Propria entitas hominis est animal rationale, et animal rationale cognoscitur, cognitione actuali; ergo propria entitas hominis est quae trahat cognitionem. Probatur antecedens quia illud trahat cognitionem, quod repraesentatur per cognitionem; sed propria entitas repraesentatur per cognitionem; ergo propria entitas trahat cognitionem. Maior est evidens; quia obiectum trahere cognitionem est cognosci, sicut cognitionem trahere ad obiectum est illud cognoscere, quia intentionalis cognitio trahit ad obiectum in quantum illud repraesentat. Nec minus evidens est minor, et sumo cognitionem veram, hoc est, in quantum distinguitur a cognitione falsa; quia intentionalis cognitio est vera in quantum repraesentat rem ut est in se, idest in quantum cognoscit rem, et entitatem illius quatenus id, quod res est in se, vel falsa dicitur: ergo propria entitas repraesentatur per cognitionem.

Dico secundo veritas transcendentalis, quae est attributum entis ut sic, non potest esse relatio praedicamentalis, probatur quia omnis relatio praedicamentalis realiter distinguitur a suo fundo, ut late in logica diximus; sed ens non distinguitur realiter a veritate transcendentali; ergo veritas transcendentalis non est relatio praedicamentalis; probatur maior quia etiam supra diximus relationes non distingui realiter a suo fundo, ut omnis relatio praedicamentalis realis petit terminum realiter distinctum; sed enti ut sic nullus datur terminus realiter distinctus: ergo veritas non potest esse relatio realis praedicamentalis.

Probatur tertio, et quia impugnatio est eiusdem quatenus asserit in creatura veritatem transcendentalem esse relationem praedicamentalem mensurati ad mensuram; quia hic loquimur de veritate transcendentali, quae convenit creaturae, quatenus est ens, non quatenus est creata; sed haec relatio praedicamentalis convenit creaturae, quatenus est creata, et non quatenus est ens; ergo haec relatio praedicamentalis, de qua loquimur, non conven

n. e. veritas transcendentalis. Ratio est evidens, quia hic loquimur de veritate, prout est attributum entis et Dei: quod autem relatio praedicalis mensurati ad mensuram conveniat creaturis, ut creatae sunt, docent adversarii, et est evidens. quia mensurari per suam cognitionem divinam solum convenit effectui divino ut tali: et solum creatura est effectus Dei: ergo relatio mensurati convenit creaturae ut tali. Sectio 3.a propria sententia circa distinctos veritatis entis, et Dei exponitur.

Sectio 3.a

Propria sententia circa distinctos veritatis entis, et Dei exponitur.

Pro nostrae, verae que sententiae explicatione sciendum est: aliquid dici veritatem transcendentalem, et aliud praedicamentalem. Veritas praedicamentalis est conformitas actus cum obiecto, quae spectat ad praedicamentum relationis ut suo loco dictum a nobis fuit: at veritas transcendentalis, de qua nunc, transcendit omnia entia realia, ideoque non spectabat ad speciale aliquod praedicamentum. Transcendit autem veritas ista entia omnia, quia omnibus convenit, quod verae sint id, quod sunt, cum quo aliquid sint: homo enim v.g. non alia de causa verus homo est, nisi quia vere est id, quod est, scilicet animal rationale, vel ut melius loquar, non alia de causa verus homo, nisi quia est id, quod esse debet, ut homo sit. Unde sciendum ulterius est, quod sicut veritas praedicamentalis, et logica cognitionis explicatur per conformitatem cognitionis cum obiecto, ita veritas transcendentalis, et metaphysica rerum omnium explicatur per conformitatem rei cum cognitione, quae de cognitione hic sit, ita expono.

Cognitio divina est summa veritas, et prima regula veritatis, ut scriptura, et Patres loquuntur: hinc est fit, quod sit formalis idea, seu exemplar formale cuiusque rei, ad quod sicut regulam, conformari debet quidquid existit, ut aliquid vere sit. Cuius ratio est, quia Deus perfectissime novit, quid unumquodque debe

ie ut sit huius, aut illius esse? Deus nouit, quid debeat esse aliquid, ut sit homo, quid debeat esse, ut sit leo: ille igitur est verus leo, et ille verus homo, qui habeat ea, quae secundum Divinam cognitionem debet. Absolute concludere potes, inquit Sanctus Anselmus dialogo de veritate cap. 7, quod omne, quod est, vere est, quoniam non est aliud, quam quod in summa veritate est. Est igitur veritas in omnibus, quae sunt essentia, quia hoc sunt, quod in summa veritate sunt. Quae enim non possunt esse id, quod in Deo, sive in summa veritate sunt, nisi sint id, quod sunt, ideo id, quod taliter existit, sua vere sunt, quia quod sunt id, quod in se sunt, et ut dictum est, veritas illa essendi quae ordinis, seu comparationis ad Divinam cognitionem exponat, cui debent manere conformari. Quare Sanctus Thomas 1a parte quaestione 16 articulo 6 corp. si loquamur, ait, de veritate secundum quod est in rebus, sic omnes sunt verae una prima veritate, cui unumquodque assimilatur secundum suam entitatem.

Hinc intelligendum venit res omnes dici veras per ordinem ad cognitionem Divinam de earum esse, cui cognitioni debent manere conformari, si aliquid sint. Non enim dicimus inferentes res esse veras transcendentaliter quia per hoc, quod possunt cognosci, sed per hoc, quod sint id, quod esse debent secundum Divinam cognitionem, ut sint id, quod sunt: cum autem non possint intelligi, quod res aliqua sit id, quod esse debet, ut sit id, quod est, nisi facta comparatione, seu in ordine ad aliquid, quod sit veritatis regula, cui quam dicatur conformari, ideo dicimus res esse veras, seu esse vere id, quod sunt, quia eo ipso, quod sint id, quod sunt, conformantur cognitioni Divinae, quae novit, quid debeat unumquodque esse.

Docet haec, et non ita de sis [illegible] veritatem transcendentalem conformari constanter cum Anselmo potest, qui dialogo de veritate cap. 2o veritatem enuntiationis

dicitur rectitudinis; quia ut enunciatio cum significat esse, quod est, significat, quod debet. quod etiam sequentibus capitibus de multarum rerum veritate docet. Ex hac rerum veritate oritur cognoscibilitas, quae in illa veritate fundatur: apud me enim, ut supra in logica dixi, nihil cognoscibile est, quod non sit aliquid verum et reale; semper enim cognitio tendit ad aliquod verum, et reale ens, neque aliter sistere potest, ut procedenti opere hoc in sequentibus distinctionibus patebit.

Ex dictis pro explicatione veritatis transcendentalis, illiusque distinctione, iam facile erit deducere, quare Deus verus, sive verum sit. Est ergo Deus verum, sive veritas, quatenus taliter Deus est, ut sit id, quod esse debet, ut Deus sit, proindeque taliter est distinctus, ut sit conformis cum divina cognitione, quae Deum describit, sic, ut Deus cognoscit, Deum debere esse. Sicut ut entitas aliqua verus homo sit, debet esse taliter distinctus, ut habeat ea praedicata quae Deus cognoscit debere habere, ut verus homo sit. Cum ergo Deus a se retineat illa omnia praedicata, et perfectiones, quas Deus habere debet, fit inde, quod sit veritas, sive verus Deus; quia cum prima veritas, sive prima regula veritatis sit cognitio divina, a qua omnes conformitate rerum veri dicuntur, cum Deus conformis sit ideae illi, quae Deum ipsum describit, evadit [illegible] veritas, est ergo transcendentaliter verus.

Sed hic primo rogabis: quae cognitio denotet ens ut sic, an creata, vel increata? Dico, quod denotet increatam, in qua conveniunt omnia entia, quae ratione divini, quatenus est comprehensibilis a creata, et comprehensibilis a solo Deo est verum transcendentaliter; et non potest verum transcendentaliter, quatenus est comprehensibilis nisi a cognitione divina; quia illa sola est, quae potest divinum comprehendere, et omnia entia creata, et increata entis rationis [illegible]; quia denotat intellectum, sive cognitionem divinam: quia illa omnia decernunt in

in ratione veracitatis per ordinem ad cognitionem divinam.

Respondeo 2°: an veritas hic transcendentalis dari possit sine ullo respectu reali ad divinam cognitionem, quam res conformantur. Res dari posse sine ullo reali respectu eius rationis, quod ea specie quod homo, ex gratia, sit animal rationale conformatur cognitioni divinae repraesentanti, et dicenti hominem debere esse animal rationale; et sine ullo respectu reali ad divinam cognitionem potest homo esse, qui est animal rationale: ergo sine illo etiam respectu potest conformari illi divinae cognitioni. Et eo ipso, quod illi conformetur, cognitio divina de essentia hominis est verus homo: ergo etc.

Confirmatur 1°: quia non aliter conformari debet unaquaeque res cognitioni divinae, ut vera in re sit, quam eo modo, quo opus artefactum debet conformari ideae mentali artificis, aut regulis ipsius artis; et sine ullo reali respectu ad mentalem ideam, aut regulas artis conformari illis potest opus artefactum hoc ipso quod habeat id, quod praecipitur in regulis artis: ergo similiter in nostro casu. Confirmatur 2°: actus est ipsa ratione falsitatis per hoc ipsum, quod obiecto conformetur sine ullo reali respectu ad obiectum, ut verus sit: ergo res etiam sine ullo speciali respectu reali ad divinam cognitionem erunt transcendentaliter verae per hoc ipsum, quod illi conformantur. Sectio 4a Satisfacit obiectionibus.

Sectio 4a. Satisfacit obiectionibus.

Primo sententia sic obiicit 1°: verus lapis dicitur, qui opponitur non vero lapidi, et oppositio non veri lapidi est separari, et depurari a rebus positiva sibi extranea: ergo veritas consistit in separatione unius ab alio sibi extraneis positivis. Respondeo negando maiorem, quia verus lapis

dicitur, quia connotat actum intellectus regulantis, et dicentis quid rebus debent haberi, ex qua conformitate tamquam ex ratione primaria resultat, quod non competit lapidi.

Obijcies 2º: veritas, puritas, sinceritas, et alia similia sunt nomina sinonima; sed puritas et sinceritas significant ipsas res in quantum denudantur ab extraneis sibi contrariis, non vero significant conformitatem cum intellectu; ergo veritas non significat conformitatem obiecti cum intellectu. Minor patet, quia purus lapis non dicitur, quia habet conformitatem cum intellectu, sed quia ipse est denudatus ab omni non lapide: ergo. Deinde unus lapis dicitur verior altero non propter conformitatem cum intellectu; quia non minus conformatur unus lapis cum intellectu, quam alter; sed quia est purior: ergo veritas non consistit in conformitate rei cum intellectu. Respondeo negando maiorem, quia puritas dicitur contra mixtionem: sic purum vinum dicitur, quod non est mixtum aqua: at veritas minime dicitur eius mixtioni, siquidem etiam si aliquid mixtum sit, potest esse verum, et in mixto [illegible], quod quidem verum mixtum est.

Ad confirm. Concedo maiorem proportionaliter acceptam, et distinguo minorem: ille iniustus est per qualitatem transeuntem physice, concedo minorem: transeuntem moraliter, nego minorem. Itaque ut iniustus sit permanenter talis, necesse est, peccatum physice transiens, moraliter manere. At vero ad iustificationem non sufficit haec moralis permanentia, quia nihil est quod cum sit physice transiens, sit iustificatio; si enim tale aliquid esset, videtur, quod moraliter per-

manendo, potest permanenter sanctificare.

Dices 1º: habitus ... Philosophice est qualitas dificile mobilis à subiecto; et gratia habitualis non est qualitas dificile mobilis à subiecto: siquidem ab illo dimovetur per quodlibet mortale peccatum, quod facillimum est, eiusque omissio dificillima: ergo gratia iustificans non est verus habitus. Confirmatur: gratia acquiritur per unum actum ut contritionem perfectam, vel amorem. Sed insuper omnis et habitus non acquiritur nisi repetitione plurium actuum: ergo gratia sanctificans non est habitus, et actus manens.

Resp. distinguo primo maiorem: habitus naturalis apud Philosophum est qualitas dificile mobilis à subiecto, concedo; secundo maiorem: habitus supernaturalis, nego maiorem. Itaque Philosophus solum agnovit habitus naturales, de quibus solum locutus fuit, neque supernaturales habitus agnovit: gratia autem habitus supernaturalis est. Praeterquam quod theologi de quo habitus dicunt non usurpant nomen habitus in stricta Philosophi acceptione, qua habitus est qualitas dificile mobilis à subiecto, et accipiunt latè prout habitus idem est, ac qualitas permanens, et non cito transiens. Ad confirmationem omitto maiorem cum gratia non tam acquiritur per actus, quam infunditur à Deo concurrentibus actibus per modum meriti, vel dispositionis. Vel unde distinguo minorem: et habitus naturalis non acquiritur nisi repetitione plurium actuum, concedo minorem: supernaturalis, nego minorem. Itaque habitus supernaturalis latè meriti, vel dispositionis acquisitione uno actu acquiritur, ut bene insinuat ... Sectio 4ª ex dictis non nulla deducuntur.

Sectio 4ª
Ex dictis non nulla deducuntur.

Ex iis, quae huc usque diximus 1º deducitur dari gratiam habitualem; et cum haec non sit aliud, quam forma, qua permanenter iustificamur, ex hac forma dati ut dictarum dictis sequitur, dari eiusmodi gratiam habitualem. Deducitur 2º eiusmodi gratiam non esse substantiam, sed accidens;

q substantiae inhaeret, et solum accidens: siquidem, ut fert communis philosophorum axioma accidentis esse est inesse, sive inhaerere; et gratia habitualis intrinsece inhaeret ut ex dictis constat. Ergo est accidens, et non substantia.

Sed dices 2°: gratia est perfectior anima rationali, et Angelo, vel saltem perfectior est musca, vel formica: et non est talis, si substantia non est, et accidens: ergo gratia est substantia, et non accidens. Minor patet ex eo, quod omnis substantia est perfectior accidente. Respondeo negando maiorem quoad utramque partem, quia ex nullo capite apparet perfectio gratiae supra Angelo, et anima rationali, imo videtur ab illis excedi in perfectione, tum quia gratia est inferior Angelis, et anima rationalis, ut utrique collata, ut medium propriae felicitatis, et non est finis: tum etiam, quia gratia est sub dominio, et potestate utriusque, cum uterque possit pro libito physice de gratia disponere, cum tamen Angelus, vel anima rationalis non sint sub potestate gratiae, nec hac circa alterutrum actus aliquos dominationis possit exercere. Non ergo gratia excedit perfectione Angelum, vel animam rationalem, et ab illis exceditur.

Deinde omitto minorem quantum ad 2.^am^ partem, quia non video constare esse quamcumque substantiam esse perfectiorem omni accidente, et solum comperimus pro a…bus: non autem comperimus esse gratiam collatam cum musca, vel formica perfectiorem apparere. Plurimi non constat gratiam perfectione physica excedere muscam, vel formicam, et solum moraliter, et in ordine ad aeternam felicitatem. quandoque S.S. Patres, et Scriptores eam maxime extollunt: itaque sicut musca, et formica excedunt plurimos Doctores eo quod viventes sint absque ulla adversitate excedunt perfectione physica solem, sydera non viventia; ita etiam gratia eo quod accidens sit, potest excedi a minima substantia.

Dedices 3° huiusmodi proprium esse qualitatem, quod non reddit subiectum impenetra-

bile, ut quantitas, n. quia refeat, ut relatio, n. constituit in loco ut Ubi, n. extrinsecus duraiones ut quando, n. e. ratio principij agendi, l. patiendi, ut actio, passio, n. e. mus habendi, l. possidendi verbatur, et sic. Unde solum restat ee qualitatem. Confir: qa. qualitas e. accidens, hoc e., peculiariter ordinatum ad perfectionem subiecti, quodadeo verum e., ut plures existiment hunc ee constitutivum illius quidditativum: et gratia e. id e., peculiariter ordinatum ad perfectionem subiecti, siquidem ordinatur ad constituendum suppositum intrinsece filium, et amicum Dei: ergo gratia e. qualitas.

Sed dices: gratia e. habitus, ut supra diximus, ideo dicitur gratia habitualis; et habitus n. e. qualitas, et speciale praedicamentum indictum: ergo gratia n. e. qualitas. Resp. concessa maiori distinguo minorem: habitus n. e. qualitas, prout meus habendi vestes, arma, et sic de alijs, concedo minorem: alio modo, nego minorem. Itaque praedicamentum habitus importat praedictum modum habendi; at vero, inter species qualitatis una e., quae habitus dicitur, ad quam reducitur gratia propter eius permanentiam, qua assimilatur qualitati dificile mobili a subiecto, quae permanere, et stricte habitus e.

Dedu- citur 4.° difficillimum ee explorare an gratia sit perfectior omni entitate creata. In primis enim vidimus n. ee perfectionem substantiae intellectualis. Deinde videtur valde probabile n. ee perfectionem substantiae viventi: neque improbabile e. n. ee perfectionem illa substantia; quia certe esse per se, et subsistere longe excedit perfectionem cuiuslibet entitatis existentis in alio, et eidem inhaerentis, qualiter existit, ut sic, gratia. Quod intelligendum e. de physica perfectione, non de morali, et in ordine ad utrumque statum substantiae, et perfectior e. gratia qualibet entitate naturali, ut dicitur docuit S. Th., eo quod magis excellentius ordinatur ad utrumque statum.

Singularia differunt, cum accentibus naturalibus

indico illa ee perfectiones: siquidem oia in intelligentia sunt perfa.
Deinde vero, qua gestat esse filii, et amici Dei, eius effectionis
esse nullus spectat accens nale: ergo qua illa omnia excedit
imperfectione. Sed dices 3°: perf. vitales reddunt subiectum perfectè
vivens: ergo hae licet nales, excedunt perfectiones perfectas. Patet: quia
intellectio et volitio nalis, et sic de aliis sunt vita in actu 1° ergo
saltem hae excedunt perfectiones perfectas.

Rco 1°: potentias vitales non esse accentia,
et ipsam aiam subiectum viventem: ideoque hae ratione accens nale non esse per-
fectius perfectis. Rco 2° negando conseq; quia non quidquid reddit perfectè vi-
vens perfectius est non vivente, ut patet in specie impressa, quae licet reddat intel-
lectum perfectè viventem, sicut perfectè potentem intelligere, non tamen perfectior est
Sole, vel luna, aut etiam calore, vel frigiditate. Solum ergo vivens quod
quidditative est tale, et non potest, quae tamen denominative est vivens, est
perfectius non vivente. Ad 3am rationem nego conseq; quia eius vitalis in actu
1° sit longe inferioris imperfectionis vita in actu 1°, sicut viven-
ti ex eo, quod vivens excedat non vivens, et per se, non sequitur;
idem dicendum de accentibus, quae sunt vita in actu 1°

Sed rogas quid
dicendum sit de perfectione praedicta illius comparando cum accentibus su-
pernaturalibus? Rco esse perfectiorem 1° quia est eorum radix: radix autem per-
fectior est radicato. 2°, quia in ordine supernatli est natura; reliqua
vero vel dispositiones ad illam, vel illius proprietates: natura perfectior
dispositionibus, et proprietatibus. 3° quia est participatio divinae
naturae, filiatio, et amicitia, quibus effectibus nullus aequiva-
let eorum, qui gestantur ab aliis accentibus supernalibus: ergo
his omnibus perfectior est gratia habitualis.

Sed dices: visio Dei est vita
beatitudo; et haec perfectior est omnibus aliis: ergo visio est perfectior gratia.
Patet: beatitudo est summum bonum; et nihil potest esse perfectius sum-

summo bono: ergo nihil perfectius esse potest visione, quae est nostra beatitudo. Confirmatur deinde: beatitudo est finis ultimus, et gratia est medium ad illum: et medium non est perfectius fine: ergo gratia non est perfectior visione. Respondeo distinguendo maiorem argumenti: visio est nostra beatitudo formalis, concedo maiorem: est nostra beatitudo obiectiva, nego maiorem, itaque sola nostra beatitudo obiectiva est perfectior omnibus aliis; non vero formalis beatitudo. Ad 1am. Itaque non solus beatitudinis obiectivus esse summum bonum, non formale, quod ab innumeris aliis bonis exceditur. Ad 2am dico similiter beatitudinem obiectivam esse ultimum finem, non formalem, quae solum est possessio illius, seu ultimum finis quo, qui impropriè est ultimus finis, ratione cuius gratia non est purum medium, et illius ratio fundamentum, et radix.

Sed hic notabis haec omnia ita esse intelligenda, nisi visio Dei sit etiam gratia sanctificans, quod esse probabilissimum est; quia tunc visio Dei erit perfectior gratia sanctificante: siquidem continebit perfectionem gratiae, et insuper perfectionem visionis Dei, et beatitudinis, quae longè perfectiorem, quam esse purae gratiae sanctificantis. Ergo 2am an. et quomodo gratia sanctificans sit participatio Divinae naturae ut natura est? Sectio 1a resolutioni nonnulla praemittuntur.

Quaestio 2a

an, et quomodo gratia sanctificans sit participatio Divinae naturae, ut natura est?

Sectio 1a

Resolutioni non nulla praemittuntur.

Concors est Theologorum sententia, gratiam esse participationem Divinae naturae ex verbis Petri supra citatis: per quem maxima et pretiosa nobis promissa donavit, ut per haec efficiamini Divinae consortes naturae. Ubi Petrus interpretes inter maxima haec dona gratiam agnoscunt, qua efficimur consortes, sive participes Divinae naturae. Ubi inter adeò certa plures restant implicitae difficultates ex po-

nendo. 1º an haec participatio sit virtualis, vel formalis? 2º an physica, vel moralis? 3º an haec participatio sit adeo plena, et perfecta, ut perveniat usque ad ultima deitatis naturae Divinae, participando eius perfectiones, aseitatem, sive infinitudinem, cuius quarum difficultatum resolutionem, ut clarius procedamus,

Praemitto 1º: participationem unius cum alterius nihil aliud esse, quam processionem unius ab alio, itaque quodcunque ab alio procedit, illius participatio est, participatio, inquam, in infieri, et per modum actionis, et in facto esse, et per modum termini. ita entia creata omnes sunt Dei participationes, et entia participata a Deo, quia a Deo procedunt. econtra, non Deus est ens imparticipatum, quia a nullo procedit: ergo participatio in hac processione consistit. Confirmatur: filius est participatio ratione [illegible] participationis est illi filio in natura. praeterea semen est participatio naturae illius, a qua procedit, et tam filius, quam semen solum sunt participationes naturae illius, a qua procedunt: ergo processio est de essentia, et de ratione participationis.

Hinc fit duplicem esse participationem, aliam formalem, et virtualem. alia formalis est, quando id, quod ab alio procedit formaliter est eiusdem rationis, seu quod ab alio procedit, cum eo simpliciter convenit, sic filius procedens a Spiritu Patris, vel procedens a Patre participatio est formalis naturae Patris: quia uterque simpliciter convenit in natura eius. Participatio virtualis est, quando id, quod ab alio procedit, simpliciter cum alio non convenit, formaliter eiusdem rationis, seu cum eo, quod procedit: ita lux participatio est virtualis Solis; quia licet formaliter, quod procedit simpliciter non convenit cum substantia luminosa Solis; quia haec est substantia, illa autem accidens. et idem est de participatione seminis cum viventibus, quia eo, quod non sit vivens, non est viventis formalis participatio, sed solum virtualis.

Rursus inde fit, non requiri ad hoc, ut unum consistit[?]

sit alius participatio, quod sit specialiter productus ad aliud exprimendum, vel repraesentandum: siquidem omnia entia creata sunt participationes entis increati; et tamen non omnia sunt specialiter producta ad ens increatum repraesentandum, neque illud specialiter exprimunt, aut repraesentant, sed quaedam magis, quaedam minus pro maiori, vel minori cum illo similitudine. Unde omnino impertinens est, requiri in ente, ut sit alterius formalis participatio aliud praeter similitudinem, et productionem, quod si similitudo deficiat nihil aliud requirendum est, ut sit virtualis participatio praeter ~~similitudinem~~ productionem.

Hinc etiam deducitur aliud, scilicet non esse necessarium, ut unum sit alius participatio, quod illius partem capiat, et partem non capiat; quia dummodo ab illo procedat illius participatio est, sive partem capiat, sive totum. Ita enim ignea virtus est formalis participatio [illegible] ignis, a qua procedit, nec tamen partem illius capit, et partem non, sed totum capit per similitudinem, et idem est de luce procedente ab alia luce.

Dices tertio: si ad unum, et proprium participatum requireretur partem capere, et partem non capere, sequeretur ens indivisibile esse imparticipabile; quia cum careat partibus nequit unam partem capi, et alteram non capi; at hoc falsum est; siquidem ens summe simplex, et indivisibile, qualis Deus est, summe, et infinite participabile: ergo non est de ratione participationis partem capere, et partem non capere. Nec satisfacit, si dicas ens indivisibile, ut Deum habere partes virtualiter. Non, inquam, satisfacit; quia partes virtualiter non sunt simpliciter partes, sed secundum quid, et per aequivalentiam: ergo ratione illarum ens indivisibile non erit simpliciter participabile, sed secundum quid, et per aequivalentiam: cum tamen Deus simpliciter, et proprie sit ens participabile, et creaturae proprie illius participationes.

Praemitto

2o duplex est potest Divinae naturae participatio, una physica, alia moralis. Physica, sive naturalis ea est, qua natura Divina participatur, quatenus ens physicum, sive naturale est: est autem ens naturale, quatenus principium est, sive radix operationum naturalium, v.g. intellectionis sui, et proinde, nec non sui amoris: quae enim naturalia sunt, physica, sive naturalia dicuntur, prout naturale opponitur libero. Participatio moralis est, qua natura Divina participatur, ut est principium operationum liberarum, v.g. iustitiae, misericordiae, et omnium aliarum virtutum moralium; quia cum libertas sit fundamentum omnis moralitatis, vel Moralitas ipsa, qua ratione actus liberi prout dicuntur a [illegible] morales, merito principium earum [illegible] connotatione Dei, ens morale, et participatio moralis ea, quae est participatio huiusmodi entis, ut sic connotantis.

Respondeo 2o: hanc propositionem, gratia est participatio Divinae naturae ut Divina natura est posse duplicem sensum habere reduplicantem. Sensus primus nempe solum significandi gratiam esse participationem physicam praedicati Divini pertinentis ad lineam naturae, et non ad lineam attributorum, v.g. si gratia participet praedicatum ut radicis visionis, et amoris Dei, participat praedicatum principium Divinae, spectans ad lineam naturae, et non attributorum; quia nullum attributum habet rationem ut radicis: et in hoc sensu concedimus dictam propositionem esse participationem Divinae naturae, ut natura est.

Alius sensus huius propositionis potest esse, quod gratia non solum sit participatio praedicati Divini spectantis ad lineam naturae, et quod ulterius procedat ad participandum naturam Divinam secundum ultimam ipsius differentiam, v.g. secundum aseitatem, infinitatem, vel summam actus puritatem. Qui sensus videtur consequentior praedictae propositionis, quia propositiones reduplicativae plenum reduplicant sensum totius reduplicationis huius, vel dicunt id, quod est illius principium, qualis est ultima differentia, quae est aliquod pra-

aliquod praty Dei, v. g.ª hō ustē plenus n. redueplicat
sup.ª aial, l, subitq, et sup pot. hōs, l, sup. rāle.

His
premisy multiplex ē theologorum sᵗᵈ. ee Gosenz. quæstione.
1.ª ē eorum, qui dicunt pᵗ ēe participaōs Diuinæ nrē n
fralz, et uirtualz, et remeré participāo uirtualy anima-
lij, eo quod ad illo pcedatur uirtute sibi pducendi. 2.ª
ē eorum, qui asserunt, pᵗ ēe participaōs fralz Diuinæ nrē,
quæ ē Doij theologorum sᵗᵈ, quos inter adhuc discrimen ē;
lnq. alij affirmant cum Pᵉ Ripalda, et Spaya ēe par-
ticipaōs soly moralz, quatenus pᵗ participatiō naturæ ēe
radiq. omnis honestatis moralis excludentis os malitiq peccati
saltq mortalis. Alij u.º tuent ēe participaōs n soly moralz, et
phicq, quatenus pᵗ participat á nā Diuina ēe radiq uisi-
onis, quod ita pprium ē naturæ Diuinæ, ut nulli substantiæ creatæ, l,
creabili possit conuenire. ita Pᵉ Suarez libº 7º de pᵗ cap.
1º nº 30. quem plures sequunt., ut Arna, Contan, aulij.
Tandem
Thomistæ Doctrina defendunt pᵗ ēe participaōs phicq, et fralz Di-
uinæ nrē ut Dª nā ē, quatenus illa participat usq. ad ultimū
radiq infinitatis, actus purissimi, plenitudinis essendi, siue
aseitatis. ita Joannes Viziensius relectione de pᵗ Xpti,
quem Dᵗ omnes sequunt. Sectio 2ª 1ᵃ Dcluo ppositio et
pbatur.

Sectio. 2ª

Prima conclusio pponit, et pbatur.

Pro praesenti difficultate expedienda sit 1ª
nostra Dcluo: pᵗ ē participāo fralz, et phica Diuinæ nrē.
Pª 1º: illa nā ē participāo phica, et fralis alterius, quæ ad
illa pcedit, et ulterius conuenit fraliter cum illa in aliquo pdicato

phico proprio naturae, quae praescindit ab omni eo, quod na(tura) non est; et gratia procedit a natura Divina hac ratione: ergo gratia est participatio phisica, et formalis naturae Divinae. Maior constat ex Sect. 1.a minor probatur; quia in primis gratia procedit a natura Divina sicut omnis creatura procedit: Deinde cum illa conveniat in aliquo praedicato phisico proprio naturae Divinae, ut natura est; siquidem gratia est radix visionis, et amoris Dei sicut natura Divina, quod quidem praedicatum competit naturae Divinae praescindit ab omni eo, quod natura non est; quia esse radicem proprium naturae est, quod quidem praedicatum phisicum est, cum constet actibus naturalibus vitales, sive phisicos, quales sunt visio Dei, et amor inde procedentes: ergo Deus.

Confirmatur: Substantia intellectualis creata in ordine naturali est participatio phisica Divinae naturae; quia in ordine naturali est imago, et similitudo Dei, illius expressio, et repraesentatio licet imperfecta; sed non alia ratione est participatio phisica Divinae naturae, nisi quia est radix intelligendi, et volendi; quia quamvis alia ratio, hoc non est adeo propria, vel tam perfecta non est: ergo cum gratia sit etiam radix intellectionis supernaturalis, qua Deus videt, et amoris, quo amat, erit participatio phisica Dei. Probatur 2o: gratia est phisicum, quod habet, ratione cuius est radix habituum, et virtutum supernaturalium est ens participatum, cum non sit ens a se, neque imparticipatum; sed non est ens participatum per participationem phisicam alicuius attributi Divini, alioqui diceretur potius participatio alicuius attributi, quam naturae Divinae: ergo est participatio phisica naturae Divinae. Confirmatur; quia natura Divina non minus participabilis est in esse phisico, quam in esse morali; quia utrumque est infinita, et infinite communicabilis; sed in esse morali participatur per gratiam: ergo etiam in esse phisico participatur. Probatur 2a consequentia; quia differt aliud a gratia participaret in esse phisico, gratia non esset peculiaris participatio, et solamque

sola rei Divinae, qualis adversarii ea volunt.

Sed dices

Contra 1.° Contra hanc explicationem quaelibet creatura erit participatio physica rei Divinae; quia quaelibet pendet ab ea, et cum ea convenit simpliciter in aliquo praedicato physico; et hoc sufficit: ergo quaelibet est participatio physica rei Divinae. Minor probatur: quia ea participatio Divinae rei est propria, et specialis probatur. Confirmatur 1.° eo quod omnia accidentia habent minorem convenientiam cum Deo quam quaelibet naturalis substantia: ergo potiori iure substantia creata erit physica participatio rei Divinae, quam omnia. Confirmatur 2.° substantia intellectualis creata, et naturalis, v.g. Angelus, et homo magis conveniunt cum natura Divina, quam praedicta: siquidem conveniunt in ratione radicis et propria, et ulterius in ratione substantiae viventis, et intellectualis, quod non habent omnia; et adhuc talis substantia non est participatio Divinae naturae: ergo hoc non est proprium. Urget: tum quia alioquin omnia erit participatio minus perfectum [illegible], quod est contra Apostolum, et Patres, docentes, omnia esse maxima, et pretiosissima dona, quod non aliunde habent, nisi quia est participatio Divinae naturae.

Respondeo negando maiorem; quia accidentia naturalia non habent praedicatum proprium naturae, in quo formaliter conveniant cum natura Divina, cum non habeant conceptus radicis salutis supernaturalis, quamvis non sint participationes Divinae naturae attributorum; v.g. intellectio creata intellectionis increatae, volitio volitionis, et sic de aliis, quae quidem sunt participationes formales, ut praedicta, quaedam virtuales, ut calor, et frigus, qui ab omnipotentia virtualiter participant virtutem calefaciendi, et frigefaciendi. Ad 1.um confirmationem concedo antecedens, et nego consequentiam; quia licet ut una natura sit participatio formalis alterius requiratur convenientia, non tamen tanti fit, quod totam praedicto Dei, quanti fit dum est in minimo Dei: Et sic potius conveniat cum natura Dei in praedicato minus Dei, licet in radice visionis, et amoris Dei, hinc fit potiori iure dici potest participatio Divinae rei, quam substi-

tanalis creata, et hoc hear magis Duenit cum na D., quam oxa.

138 Ad 139 fateor cum multis fidei Ripalda, ea distinguendo maior: subita intellectualis creata est magis Deuenit cum na Diuina in gratia magis Dei, Dcedo maior: in gratia minus Dei, nego maior. Itaque ea subita intellectualis est gratia magis Dei, quæ est radix uisionis, et amoris Dei: siquidem hoc gratia soli Deuenit naturæ Diuinæ, quæ sanctificanti, et ad summum subitæ supernali poti, quæ in creat. n. cumat.: dum quæ eius politias sublime est: tum quæ dum gratia extollitur a Paulo, et theologis, extollitur D parare existentiis, et potius eiusdem speciei illis; n. vero in ordine adalia, quorum obiectas, ut potest infinitum nequeunt nisi temere pensari. Logde a de rebus, ut modo sit, certum est, magis Dei esse in na Diuina esse intellectualis, quæ est radix uisionis, et amoris Dei: siquidem illud Dei est Angelo, et homini; hoc vero uni gratiæ sanctificanti, quæ defacto una est species atoma, siue infima.

Distinguo deinde minorem: sed adhuc talis subita n. est participatio supernalis Diuinæ naturæ, Dcedo minorem: n. est participatio natis, nego minorem. Itaque quod est gratia quæ est participans Diuinæ naturæ in ordine supernali, n. in ordine nali; in quo n. est gratia, et na intellectualis. Neque obstat, naturam intellectualem creatam esse perfectiorem participans Diuinæ naturæ, quæ est perfectior participatio phisica, n. moralis: siquidem in hoc genere gratia participat naturæ Diuinæ cum omnoda dehaæ ad honestum, etiam summa repugna cum inhonesto grauiter tali, qualiter na intellectualis creata n. participat naturæ Diuinæ. Et hoc solum docent Patres, et DD., sit in genere morali, et supernali gratia esse maioris excellentiæ donum; n. in genere phisico, et nali; cum sali Doctores Dei theologorum sic affirmant, subitam in genere phisico esse perfectiorem gratia, hanc vero in genere morali.

Objicies 2°: Script.a et Patres dum explicant gratiam Divinam, cui conformamur per gratiam, nunquam meminerunt hujus radicationis visionis in gratia; ergo gratia per illud gratiam est participatio naturae Divinae: per quod non reddit conformes naturae Divinae: ergo gratia ex eo, quod sit radix visionis non est participatio naturae Divinae. Confirmatur 1°: potius est gratia, quae solum sit radix actus fidei supernalis; et haec erit participatio naturae Divinae: siquidem talis est omnis gratia, nec tamen erit radix visionis, ut supponitur; ergo in eo, quod est esse radicem visionis non distinguitur, per quod esse participans Divinae naturae. Confirmatur 2°: potius est substantia supernalis, quae indigeat elevatione ad Dei visionem: siquidem est potius substantia supernalis, cui solum debeatur fides, spes, et charitas supernalis; et haec erit gratia; erat enim destinata ad honestum, et repugnans inhonesto, vel saltem supponatur, consequenter erit participatio Divinae naturae. Nec tamen erit radix visionis Dei; ergo ratio radicis non est esse participans Divinae naturae.

Respondeo negando majorem; quia cum Script.a et PP. quandoque dicant per gratiam participationem Divinae naturae, quandoque semen gloriae, fontem salientem in vitam aeternam, quae important radicationem visionis in gratia, participationem naturae Divinae explicant per radicationem: siquidem in uno loco dicunt quod ea, quae in alio dicunt, explicant. Ad 1. conf. omitto majorem, et minorem, et distinguo consequens: ergo in eo, quod est esse radicem visionis non distinguitur, per quod esse qualemcumque participationem; sit hanc, vel illam, concedo consequens: esse hanc participationem Divinae naturae, nego consequens. Itaque vel ad participandum Divinam naturam utcumque non sit necesse esse radicem visionis, cum natura Divina sit multipliciter participabilis; at vero ad participandum eam eo modo ut modo participatur a gratia, necesse est esse radicem visionis.

Ad 2. conf. similiter omissis praemissis distinguo consequens: esse participationem Divinae naturae qualemcumque non est esse radicem visionis, concedo consequens: esse hanc specialem participationem, nego consequens. Ubi notabis me

meā affrare ds participatō Diuinæ, nᵗ ē ptg; q̄ plura, quæ grā n̄ sᵗ, huiusmi participaō sunt. asso tᵗ, ēē radices uisionis, ēē participaōs Diuinæ nᵗ, ex eo pculiaris, et spitan. Diuinæ mō sup explicato.

C:ᵃ dices 3ᵒ: grā n̄ minus Ꝯuenit cū subsa supnali pᵗsibi, cui debeat uisio Dei quæ cū nā Diuina; et n̄ ē phica participaō talis subsæ: ḡ neq̄ nᵗ Diuinæ. Ꝯfirmatur: iuxta gutinuia participar ē nᵗ Diuinæ, cui gratia adhuc gutinuia ē participaō Diuinæ nᵗ; et huic gutinuia n̄ debet uisio Dei, neq̄ radicatᵗ in illa, alioquin n̄ eet inuia, et intrō: ḡ adhuc ēē hanc participaōm Diuinæ nᵗ n̄ ē ēē radices uisionis.

Rō Ꝯcess maiori, et minori, et neganᵗ coq; q̄ ad participaōm vbinā Ꝯuenientia requiritur Ꝯuersio, quæ cū n̄ habeat grā cū subsæ supnali, fit n̄ ēē eius participaōm. Ad Ꝯfraōm distinguo maiorem: iuxta gutinuia specificatiue participar ē Diuinæ nᵗ, Ꝯcedo maiorem: reduplicatiue, nego maiorem. Simili distᵉ Ꝯcedit minor, et negatur coa. Sicut enim argumentaōe hoc n̄ ēē roalis; q̄ ho gut dormiens ē hō; et gut dormiens n̄ ptōr ratiocinari: ḡ hō n̄ ē roalis: siquidē roale n̄ ē, nisi gut potens ratiocinari. Vtriusq̄ enim sophismatis eadē ē solutio. Sectio 3ᵃ secunda pponitur, et pᵃ deluo.

Sectio. 3.ᵃ

Secunda pponitur, et pbatur conclusio.

Ca scit: grā ē participaō fralis moralis Diuinæ nᵗ. Pᵗ: illa ē participaō fralis moralis Diuinæ nᵗ, quæ pter Ꝯuersionem á Diuina nā Ꝯuenit cū illa simplicitea in ēē entis moralis; et grā Ꝯuenit simpliciter cū Diuina nā in ēē entis moralis: ḡ grā ē participaō fra-

frali moralis Divinae nq. Manifestatur ex Sect. 4. Minor
... q. sit na Divina in quantum est increata e radix totius
honestatis moralis increatae, ita gratia e radix totius honestatis mo-
ralis creatae supernalis: siquidem a gratia dimanant physice, vel mo-
raliter omnes virtutes supernales morales, ideoque cum illa in iustificatione
infunduntur ... definiens iustificationem ... influxione
... et donorum: ergo gratia simpliciter convenit cum na Divina in essen-
tia moralis.

Dices 1º gratia e ens honestum moraliter, quatenus ra-
dix operationum honestarum moralium, et non est honestas moralis im
participata, cum non sit ens imparticipatum, sive a se: ergo est hones-
tas moralis participata. Sed non aliunde nisi a na Divina, quae sola
abstracta ... praecedit gratiam: ergo haec e moralis participatio nae
Divinae. Dices 2º: indispositus ... cum peccato e bonitas moralis in
gratia: siquidem e bonitas contraria ... morale, a qua merito deno-
minatur moralis; et non e bonitas imparticipata: ergo participata
a na Divina, a qua procedit, et cum qua in eo peccato simpliciter
convenit: ergo e moralis eiusdem participatio.

Sed dices 1º bonitas
moralis non e formaliter na Divina: ergo ex eo, quod gratia participet hanc
bonitatem non e participatio formalis nae Divinae. Confirmatur; quia bonitas Divi-
na e indispositus cum omni peccato etiam veniali; et cum hoc non e in-
dispositus gratia: ergo non e participatio formalis ~~moralis~~ moralis Divinae
bonitatis. Respondeo distinguendo antecedens: bonitas moralis formalis non e formaliter
na Divina, concedo antecedens: bonitas moralis radicalis non e formali-
ter na Divina, nego antecedens: itaque haec bonitas radicalis e de
conceptu formali essentiae Divinae, quae formaliter e radix omnium Divino-
rum attributorum, et consequenter bonitatis moralis, et cum gratia par-
ticipet rationem radicis bonitatis moralis fit, e participatio mo-
ralis nae Divinae. Ad confirmationem distinguo maiorem, et minorem, et dis-

distinguo conseq: quae non est participatio gratiae mortalis, id est, ex conceptu Divinae bonitatis, concedo conseq: id est aliquo, nego conseq.

Dices 2º: gratia est participatio moralis Divinae naturae, est propria, et peculiaris perfectio gratiae, ideoque a Deo solo, et iis quibus perfectionis donis supernaturalibus excellit; at gratia a nobis explicata, haec participatio non est propria, et peculiaris perfectio gratiae: ergo gratia explicata non est participatio Divinae naturae. Minor probatur; quia potest esse substantia supernaturalis eodem modo radicem esse honestatis moralis, et repugnans peccato: ergo. Confirmatur: gratia non minus convenit cum natura Divina, quam cum praedicta substantia: ergo est aequaliter utriusque participatio.

Resp. distinguo maiorem: gratia est participatio moralis naturae Divinae est propria, et peculiaris perfectio eius, si haec conferatur cum creaturis existentibus, et possibilibus eiusdem speciei, concedo maiorem: si haec conferatur cum aliis, nego maiorem. Itaque alia cum quibus conferri possunt, vel implicant, de illis non curatur ut apparet, nec similiter, ideo solum excellunt gratiam perfectionis donis naturalibus, et supernaturalibus quae constare coexistere, aut esse possunt; non vero cum aliis quibuscumque inepta, vel saltem inutilis esset comparatio. Ad confirmationem concedo antecedens, et nego consequens; quia gratia procedit a natura Divina, non vero ab illa, proindeque est participatio naturae Divinae, et non huius substantiae.

Dices 3º: gratia non est radix fidei, et spei supernaturalis: ergo gratia non est radix omnis bonitatis moralis, nec hac ratione est Divinae naturae participatio. Antecedens probatur: tum quia illae inveniuntur in peccatore sine gratia: tum quia in patria gratia est sine his virtutibus. Confirmatur 1º: gratia non est radix virtutum moralium: ergo non est radix honestatis omnis moralis. Probatur antecedens; quia hae virtutes reperiuntur in peccatore sine gratia, quia saepe sine gratia temperatus, vel obediens est. Confirmatur 2º: potest esse gratia, quae solum mo-

moralis, et non physicis oppositis habeat cum peccato; sed huiusmodi gratia non est participatio moralis Divinae naturae: ergo gratia non participatio moralis Divinae naturae. Minor probatur; quia natura Divina non solum habet moralem oppositionem cum peccato, sed etiam physicam. Resp.

respondeo quod impeccabilitas fidei, et spei, sicut et earum eorumque, quam petunt non ex vi ne gratiae, cum qua solum sunt ... oppositionis eorum. Dico si impeccabilia non sint fides, et spes, in statu aliis ... non desint, qui habeant oppositionem, id non tollit quin eis earum radix; quia gratia est radix honestatis moralis dictarum virtutum, in quibus gratia est, et earum capacitatis; et quia status patriae incapax est fidei, et spei, ibique desecant, ideo ibi non est earum radix, sicut eadem ratio in via non est radix luminis gloriae, quia status viae non exigit lumen, quod impeditur est ad meritum, et ... conjunctionem ... cum visione Dei, quae est formalis. Ad 1.

Confirmationem nego ... Itaque huiusmodi virtutes supernaturales non sunt impeccabiles per modum habitus, sed quia gratia destruunt: sicut ... virtutes morales per modum habitus sunt impeccabiles; sunt naturales, vel supernaturales per modum actus quidem ... ... supernaturale ... ... peccato temperantiae, vel obedientiae denominatur. Ad 2. Distinguo: concedo maiorem, et distinguo minorem: non est participatio moralis Divinae naturae, quod ad hoc dicitur oppositionis physicis, et moralis cum peccato, concedo minorem: secundum quod hoc dicitur oppositionis moralis cum peccato, nego minorem. Itaque cum gratia ut dicitur oppositionis moralis cum peccato sit eius participatio, ... quae a natura Divina, sequitur esse participationem moralem naturae Divinae. Sectio 4. 3. Statuitur conclusio.

Sectio 4.

3. Statuitur conclusio.

Sit 3. nostra conclusio: gratia non est participatio formalis physica, neque moralis naturae Divinae ut infinita est, actus purus, vel ens

à se. Dubio hic, quod ait D. Thom. participatio formalis in eadem ratione, quia participatio formalis convenit simpliciter cum eadem, cuius participatio est, quoniam dicitur secundum quod dictat, alioquin quidquid ab alio procedit, esset illius formalis participatio adhuc in eadem ratione, quod cum non convenit, consequenter ostenditur esse participatio formalis divinae naturae ut est à se, seu infinita, quia in eo prato cum ea simpliciter non conveniret; ex parte non est infinita, neque à se, cum sit eius finita, et ab alio: ergo non est participatio divinae naturae, ut est à se, et infinita.

Confirmatur: eatenus semen est participatio virtualis tantum, et non formalis animalis, quatenus licet ab eo participet virtutes productivas animalis, quae animalis est propria, non tamen convenit simpliciter cum eo in ratione animalis; ex parte dato quod participet plura, quae sunt propria infinitatis, et aseitatis: in hoc prato non convenit cum natura divina, quia ex parte non est infinita, neque à se: ergo gratia non est participatio formalis naturae Dei, ut est à se, et infinita.

Respondetur D. Thom. infinitatem, sive aseitatem Dei naturae posse dupliciter considerari, primo adaequate, quatenus est radix videndi, et amandi eum divinae, hoc est modo infinito, et comprehensivo Deum, quae ratione impartibilis est infinitudo, et aseitas naturae divinae. Alio modo potest considerari haec infinitudo inadaequate, quatenus est principium radix videndi, et amandi eum divinae, qua ratione participat à parte infinitudo Dei naturae. quod excipit conceptus ipse participationis, qui importat partem capere, et partem non capere: siquidem totum capere non esset illius participationis, sed totius captionis.

Sed dices 1°: illa infinitudo inadaequate concepta, est esse radicis visionis, et amoris Dei, seu est formaliter infinitudo, seu non? Si primum: ergo cum ea formaliter participet à parte, omnis ipse infinitudinis est participabilis à parte, quod est contra D. Thom.

ditionis, et docentes nos istis esse imparticipabilis. Sine infinitudo, ut reipsa non est: probatur ex eo, quod pura participatio illius infinitudinis inadaequatae non est formalis participatio infinitudinis. Itaque binarius participans partes infinitatis infinitorum numerorum solius non est participatio formalis infinitudinis eorum.

Confirmatur 1°: amorem spectat ad Dei infinitatem tanquam duplex inadaequatum illius esse subita intellectus, quae est divisionis radix: quae sicut non esset infinita, si divisionis radix non esset, ita nec infinita esset, si non esset subita intellectualis: ergo participare duplex inadaequatum infinitudinis non, quod hic est subita intellectualis non sufficit ad participationem formalem divinae infinitudinis; alioqui omnis subita creatura intellectualis esset participatio formalis divinae infinitudinis: ergo nec sufficit ad participationem formalem divinae infinitudinis eam participare non, inadaequatum duplex radicis visionis, et amoris Dei.

Confirmatur 2°, et in principiis thomistarum satis meliore: natura divina ut est infinita, et actualis, sive ut actus purissimus est, dicitur formaliter distinctionis naturae divinae: continue duplex differt formaliter ab omni eo, quod non est formaliter natura divina; nihilque, quod non sit formaliter natura divina habet nos infinitudinis contractivus naturae divinae, sive modificationis intrinsecae naturae divinae: ergo ultima differentia naturae divinae est omnino imparticipabilis: siquidem est omnino indivisibilis, quales in sententia thomistarum sunt omnes ultimae differentiae, cum quod participabile debeat esse divisibile, quod ut minimum debet habere duplicem partem, quarum una capiatur, et altera relinquatur, ut ipsi docent thomistae: ergo repugnat quod participare naturae divinae ut infinitam, sive eius aseitatem, et quiditatem.

Quae contra propositum vexat thomistas: tum quia omnes ultimae differentiae distinctae omnino simplices, et indivisibiles: tum quia ab eo removent omnes differentias

sive physicę, sive metaphysicę: nullas enim est in Deo adhuc formalitas pluralitas, ratione cuius pars una, vel formalitas possit assumi, et altera relinqui, prout ipsi ad participandum requirunt. Nec illis licet recurrere ad distinctionem virtualem, ratione cuius partes virtuales sint in ultima differentia naturæ Divinæ, quarum una possit capi, altera relinqui.

Denique, licet hic recursus: 1°. quia sine fundamento in re adeo simplici adstruitur distinctio virtualis. 2°. quia distinctio virtualis semper infert distinctionem formalem rationis; si enim sit virtualis stricta, quæ claudit contradictionem manifestam est id, quod susceptivum rei non est susceptivum negationis, sive contradictorii rei, ut patet, in susceptivo lucis, quod non est susceptivum tenebrarum. Quod si distinctio sit virtualis lata, quæ etiam fundalis dicitur, etiam infert distinctionem formalem; quia ab eo dicitur fundalis, quod fundet distinctionem formalem; videre est in animali, et rationali, quorum fundalis distinctio infert distinctionem formalem utriusque; et in ultima differentia naturæ Divinæ, ut potest esse simplici formaliter, non est distinctio formalis; ergo nec virtualis. Sectio 5ª Thomistarum fundamenta convellit.

Sectio. 5ª

Thomistarum fundamenta convellit.

Primum Thomistarum fundamentum est: præfert inclinationem in Deum, ut est a se, infinitum, et plenitudo essendi, ut patet in fide, Spe, et charitate, quæ dimanant a gratia, et quorum actus sub hac ratione tendunt in Deum, qui ut infinitus creditur, speratur, et amatur; et nulla natura inclinat in aliquid, nisi saltem per participationem sit aliquid: ergo gratia est participatio Divinæ naturæ ut infinita est, et a se. Minor probatur; quia omnis inclinatio tendit in bonum naturæ illius, in qua radicatur, ut patet in gravitate, quæ per potentiam deorsum inclinant, quia ibi locus bonum est gravium

bonum est gravibus, idest est delectabilibus, quae semper suavia sunt semper, et solum eadem non per essentiam, sed participatione est bonum [illegible], quae inclinat; [illegible].

Resp. omissa maiori, quae obscurissima, et ambigua est, et negando minorem. ut patet in materia, quae ut materia est indi[f]ferens ad formam ut forma, et forma ut forma in materia ut materia: neutra tamen reduplicative adhuc participative est alia, et idem patet in indi[f]ferentia substantiae ad accidens, et accidentis in substantiam. Ad probationem concedo maiorem, et nego minorem, ut patet in exemplis allatis, et [illegible] in hisce quibus minor [illegible]. Locum enim decorum est bonum gravibus, suave levibus etc. tamen locus gravia, et levia [ablati, non] non eadem non adhuc participative. Deus enim ut infinitus, et [illegible] bonum est per se, imo omnium creaturarum, in quantum per se, et omnes creaturae habent inclinationem, ut in tamen causam, et ultimum finem; nec tamen propterea, nec omnes creaturae sunt participationes formales Dei ut infiniti, et [illegible]

[illegible]

operatio formalis alicuius nequit dici petere nisi habenti eandem naturam saltem participative: ideoque intelligere, et amare nequeunt competere brutis, quia adhuc participative non est substantia intellectualis, cuius [illegible] operationes formales sunt; et visio Dei est operatio formalis Deo, ut infinito, et [illegible], et ultimus est operatio formalis per se; ergo [illegible] saltem participative est natura Dei, ut infiniti, et [illegible]: [illegible] debet natura Divina ut species intelligibilis repraesentans Deum ut infinitum, quae species est infinita; et nulli debet species nisi eiusdem ordinis, et perfectionis cum illo: ergo [illegible] saltem participative est infinita.

Resp.

distinguendo maiorem: operatio propria formalis alicuius nequit dici petere nisi habenti eandem naturam saltem participative, concedo maiorem: operatio communis formalis [illegible] repraesentans [illegible], quae licet sit operatio formalis soli, competit etiam [illegible], qui non est participatio formalis soli: ideoque intelligere, et

et amare nequeunt comprehendo; nam operatio non est connaturalis intellectus, nisi quod est illius proprie. Deo, prout infinito, et a se competit se videre, non qualitercumque, sed comprehensive: unde licet operatio quae est connaturalis Deo, sit sui visio comprehensiva, non tamen quae est illi propria, qualis est visio comprehensiva: ex hoc ergo capite, potentia adhuc participativa non est infinita.

Ad confirmationem distinguo maiorem quantum ad illam potentiam, quae est in se infinita, ut repraesentans Deum comprehensive; concedo maiorem, ut repraesentans non comprehensive, nego maiorem: et haec ratio debet prius ita dici licet species non possit deberi nisi naturae eiusdem ordinis cum illa, quod etiam valde obvium est ratione illius, unde eiusdem ordinis id pro theoriis tamen libito aequivoce significat, ex hoc capite potentia non est infinita. Quod enim non debetur, haec species ut infinita.

Secundo dico: ut potentia sit participatio infinitatis Dei non est necesse, quod capiat totam infinitatem, sed sufficit, licet modo aliquo infinitatis; quia hoc est participare partem capere, et partem non capere; et licet potentia non participet totam infinitatem Dei participat tamen aliquem modum illius: ergo potentia est participatio infinitudinis, sicut natura divina ut infinita est. Minor probatur: Deo ratione infinitudinis, sive qua infinito, convenit se per habere, licet habere per speciem intelligibili, et obiectum finale unionis. Licet sibi identificans huiusmodi speciem, et visionem. Sed talis species et visio est comprehensiva: et licet potentia licet non sit ipsa, competit tamen licet, quod illi debetur visio Dei, cuius species intelligibilis, et obiectum finale est ipse Deus: ergo potentia participat modum aliquem infinitatis Dei.

Confirmatur: Sibi habere Deum per speciem intelligibilem, videre Deum, eius habere per obiectum finalem convenit Deo, ut est supra omnes naturas creatas et creabiles; quia nulli substantiae, sive creatae, sive creabili hoc potest competere; licet quidquid competit Deo ut superiori omnes naturas creabiles

Competit Deo ut infinito, nequidem hic sine infinito eam excessum nequit Deo nisi ut infinito competere; quia finitus nequit excedi nisi ab infinito, et cum quia participat Deus, ut finitus, excepta Deus participat ut infinitus.

Probo distinguendo maiorem: ut praesit participatio infinitatis Dei, non est necesse quod capiat totam infinitudinem, et sic transeat, dummodo talis sit infinitatis infinitas, Concedo maiorem, sit infinitatis infinitas, nego maiorem. Itaque, si quis dat talis sit ad infinitam intelligibilitatem, quia a participatione illius est infinitus participatio infinitudinis: alioquin nulla participatio esset ejus creatae, quae a Deo participat ejus infinitudinem ab infinitudine. Unde nego minorem de participatione alicuius infinitudinis. Ad ultimam probationem nego maiorem quoad 1^{am} [illegible] sicut Deus est intelligibilis, et debito formali eam infinitatis.

Ad 2um fratos distinguo maiorem: tunc Deus est intelligibilis, Concedo Deo ut est super omnia sumpto lumine theologice, Concedo maiorem sumpto naturali, nego maiorem; quia potius est infinitas subita quae theologica est in natura, et non in natura, ubi deberet, Concedo quod intelligibilitas obiecti formali infinitas, quia Deus indicat, de qua postea ambitudinem [illegible] de visione.

Deinde nego minorem;

1^a quidquid competit Deo ut excedit omnes species creatas et creabiles competit eidem ut infinito; et quidquid competit ut excedit ea omnia creata et creabilia: si enim Deus excederet ab accidenti, quae excedunt omnes substantias, non esset infinitum. Imo nec primus excessus omnis creabilis sufficit ad infinitatem simpliciorem; et requiritur ulterius excessus est sine ulla imperfectione, cum nulla creatura possit quidquam participare sine imperfectione, limitatione, nullaque potest participare in sua infinitudinis Dei. Nec ulterius satis est excessus infinitus, hunc

1

esse infinitum; quod quaelibet substantia creata excedit infinita accidentia, nec tamen est simpliciter infinita; namque ad excedenda infinita satis est esse in superiori ordine, quin necesse sit habere infinitatem simpliciter, ut constat in praedicto exemplo substantiae, et infinitis aliis.

Quantum secundum in charitate est participatio divinae charitatis, ut sic est infinita; quia ut docet S. Thomas 2.2. q. 24 art. 7 charitas potest in infinitum augeri; et propterea in infinitum augeri, quia est eadem unitas, ratio, quia est participatio divinae naturae, ut sic infinita est. Confirmatur: eo charitas non est participatio divinae charitatis, ut haec est infinita, et ideo deberet aliquem gradum non posset augeri: siquidem participatio gradus superioris non est eadem specie, sed superior: ergo est participatio divinae charitatis, ut haec est infinita. Confirmatur: intellectus et voluntas ideo in infinitum non possunt augeri, quia non participatio Dei, sed aliquem determinatum gradum; ergo si possit in infinitum augeri, erit participatio infiniti, ut infinitum est.

Ratio negando maiorem: nec S. Thomas probat charitatem posse in infinitum augeri, quia est participatio infiniti, ut infinitum est, sed quia est participatio infiniti, a quo quaelibet posita participatione semper restat aliud, et aliud participabile sine fine; immo ut posset in infinitum augeri necesse est, ipsam non esse participationem infiniti, ut infinitum est; quia infinitum, ut infinitum est, non potest augeri: siquidem infinito, ut infinitum est, nihil potest accrescere: ad confirmationem negatur charitas posse in infinitum augeri, neutra participat infinitum ut tale, et solum aliquem gradum determinatum utraque; possunt autem in infinitum participari.

Ad 1um Confirmationem negando; quia licet participatio ordinis superioris non sit specie eadem adaequate, est tamen eadem inadaequate, quia augmentum charitatis semper supponit, immo involvit gradum illum, cui quodcumque augmentum

quod sufficit, et charitas eadem denominat. Gratia in omnibus
intensionis unius homo penes, propterea quod homo penetrat porrect
aliter distinctioni probatio: non est eadem gratia adaequate, et numerica, quando
do aliquis inadequate, et specifica, nego aliter.

In sententia aliorum thomistarum dici-
ture intensionem in maiori radicatione, et in inadditione cum ad
propositum facilitatem, et ex petitione solvo; quod in earum gratia, quae au-
get, in eo fit semper eadem, licet non sit eadem in esse radicationis;
et alia, eadem maior, recinthere est illa difficultas quoad explicandam
maiorem radicationem, quam nunquam vidi, et omnes thomistas ipsis
incumbentes explicantibus intensionem per maiorem radicationem.

Ad 3
confirmationem nego paritatem, quia, ubi non est, intellectus et voluntas idem est
de habitu, et alijs non augentur intensione, nec est augmenti
capax: quando autem unus intellectus dicitur maior alio, vel voluntas
maior, aut perfectior, illa tantum solum denotatur entitatem unius perfec-
tiorem alia perfectione essentiali: quare nego intellectus, voluntas, vel subs-
tantia non posse in infinitum augeri, quia quolibet horum signato possibile est
aliud, et aliud in infinitum perfectius. Sectio 6 quomodo gratia sit parti-
cipatio Divinae naturae duplex explicatur illatio.

Sectio 6a

Quomodo gratia sit participatio Divinae naturae
& Duplex explicatur illatio.

Prima est, per nostra esse participatio Divinae naturae,
vera est, nec physica, nec moralis. Dicitur esse participatio sive
physica sive moralis Divinae naturae, ut Divinitas est denotat participatio par-
ticipare naturam Divinam per distinctionem ad alio. quod natura Divina
est, illa participando usque ad ultimum dicitur, quod ut diximus sect.
Vel huic sententiae et quamvis eius primum, et gratia non ita parti-
cipat naturam Divinam, ut diximus sect 4a a Thomistis non est parti-

ipsius Divinæ, nec per Divina natura est.

Dices 3º: nisi gra et peccatum pro aliquo instanti possent componi, quilibet prog. n. posset peccare; at quilibet prog. pot peccare, et defacto peccat: g. gra et peccatum pro aliquo instanti possunt componi. Maior pbatur, q. subiectum habens aliquid incompossibile cum forma n. e potens ad formam; at subiectum habens prog. habet aliquid incompossibile cum peccato: g. nisi ngea compossibilia sint quilibet prog. n. posset peccare. Resp. nego maiorem. Ad cuius pbatoneg distinguo maiorem: subiectum habens incorruptibiliter, sive immobiliter aliquid incompossibile cum forma n. e potens ad formam, concedo maiorem; subiectum habens corruptibiliter, sive mobiliter aliquid incompossibile cum forma, n. e potens ad formam, nego maiorem. Sic eadem ratione Xpus Dnus n. pot peccare, q. habet incorruptibiliter, sive immobiliter unionem hypostaticam, quae e forma incompossibilis cum peccato; ceterum habens prog. incompossibilem cum peccato, cum illam habeat corruptibiliter, sive mobiliter ideo pot peccare. Quo vero an gra, et peccatum de potentia absoluta possint componi? Sectio 1ª, verba sequenti pponit(?) ...

Quaestio 2ª

An gra, et peccatum de potentia absoluta possint componi?

Sectio 1ª

Vera sententia proponitur, et probatur

Proposite difficultati negative respondent thomistae, asserentes, prog. et peccatum nec de potentia absoluta posse componi, quos ex nostris sequuntur P. Vasquez, Becanus, ..., et alii. Affirmativam vero sententiam propugnant Scotistae, quibus ex nostris suffragantur Coninck, P. Suarez, Estrada(?), Oviedo, et innumeri RR., cum quibus,

Sit nostra conclusio: gra, et peccatum de potentia absoluta possunt componi. P.(?) 1ª illa, de potentia absoluta possunt componi, in quibus compositionem nulla

involvit, sive sequitur contradictio: siquidem Deus ut potentior ex-
ens potest ea disjungere, quae non implicant contradictionem; et in tali positio-
ne gratiae cum peccato nulla involvitur contradictio; ergo gratia, et peccatum de
potentia absoluta possunt componi. Minor, quod gratia est qualitas in-
fundens, et in hoc ordine naturalis; peccatum vero est actus liber contra legem Dei,
quae nullam involvere contradictionem, cum aliquid sit positivum contrarium ex
tali: siqua autem inferunt, producantur adversarii.

Dices: esse filius adoptivus Dei, eius amicus, iustus, et sanctus, et non esse filius adoptivus Dei, amicus, iustus, et sanctus, sunt contradictoria, sed contradictionem inferunt; et haec sequuntur, si gratia et peccatum componantur in subiecto: ergo ex tali positione gratiae ~~et peccati~~ cum peccato sequitur contradictio. Probatur minor, quod in primis subiectum ratione gratiae esset filius adoptivus Dei, eius amicus, insuper esset iustus et sanctus: deinde ratione peccati non esset filius adoptivus Dei etc. ergo ex tali positione gratiae cum peccato illa sequuntur. Confirmatur 1o: gratia est munditia a peccato, siquidem sanctitas est: insuper est iustitia, ut a nobis probatum est, denique est pulchritudo supernaturalis: peccatum vero est immunditia, iniustitia, et deformitas; sed munditia, et immunditia, iustitia, et iniustitia, pulchritudo, et deformitas contradictionem involvunt: ergo et positio gratiae cum peccato eam involvit.

Confirmatur 2o: idem subiectum sequitur esse mundus a peccato, et eodem immundus, iustus, et iniustus, pulcher et deformis; et tale esset, si gratia et peccatum componerentur: ergo sequitur contradictio. Probatur minor, quod haberet pulchritudinem, iustitiam, et munditiam, siquidem haberet gratiam, quae haec omnia formaliter est: deinde haberet deformitatem, iniustitiam, et immunditiam, quod haberet peccatum, quod haec omnia etiam formaliter est: ergo esset iustus, et iniustus, mundus et immundus, pulcher, et deformis.
Confirmatur 3o: sanctitas, et sanctus sunt concreta et abstracta, quae solum ratione differunt, et idem est de iustitia et iusto, idem est,

idest de aliis; et sanctus adhuc de potentia Dei absoluta nequit com-
poni cum peccato: ergo sanctitas, et iustitia, sive gratia adhuc
de potentia absoluta nequit componi cum peccato. Confirmatur; quia sanc-
tus dicitur non est, nisi qui caret peccato.

Confirmatur 4o. gratia est vita supernaturalis animae,
et peccatum eiusdem spiritualis mors, ut Patres passim loquuntur;
Sed gratia est lux, peccatum vero afferunt tenebras; et mors et
vita, lux, et tenebrae etiam de potentia absoluta nequeunt in eodem sub-
iecto componi: ergo neque gratia, et peccatum. Quamvis omnis ratio a priori,
quia formae illae, quarum effectus formales essentialiter opponuntur, adhuc de
potentia absoluta nequeunt in eodem subiecto componi; quia effectus formalis nihil
aliud est, quam forma ex subiecto: cum quo subiectum ipso [illegible] repugnat re-
cerre est repugnans essentialis effectus formalis, ex ratione repugnantiae essentia-
lis formarum; sed effectus formales gratiae, et peccati essentialiter opponuntur, ut
constat ex dictis: ergo gratia et peccatum essentialiter opponuntur, et ideo ad-
huc de potentia absoluta, nequeunt componi in eodem subiecto.

Ad argumentum ergo
concessa maiori nego minorem; itaque subiectum illud non erit formaliter
filius adoptivus Dei amicus Dei, et solum fundamentaliter proxime, quia
haberet formam gratiae, cui debetur, remissio peccati, et acceptatio in vitam
aeternam, et quia formaliter constitueret in ratione filii, amici Dei: erit similiter
tum illud non filius, inimicus, iniustus Dei: quatenus habet formaliter constitutivam
eorum effectuum, scilicet peccatum moraliter perseverans, quod ideo per-
severat, quia nec dum remissum est, nec pro eo condigna satisfactio.

Ad
1m. tradita distinctione maioris: gratia est munditia fundamentalis, concedo
formalis: a munditia formalis, nego maiorem. Si gratia enim est remissio pe-
ccati, qualis non est gratia, nisi solum fundamentaliter, quia illa excipit
caeterum peccatum a formalis immunditia, quia [illegible] remissio formaliter est
condonatio [illegible], illiusque dictamen. Unde distinctione mino-
ris: munditiae formalis, et formalis immunditiae, et sic de

de alijs contradictiones involvunt: contradictionem mundities fundalis, et formalis immunditia, neque minorem: illa enim sufficere desistit in ratione caus huius, siue peccati: exigit enim causa peccati, et peccatum ipsum contradictiones non involvunt. Ad 2m. distinguo maiorem eodem modo: idem nequit esse mundum formaliter, et idem est de alijs, et simul immundum formaliter, concedo maiorem; nequit esse mundum fundaliter, et immundum formaliter, nego maiorem: itaque potest dispositio absoluta esse mundum fundaliter, hoc est, exigens mundities formalis, et immundum formaliter, hoc est, carens mundities formalis quae consistit in carentia peccati. Sicut enim dispositio absoluta potest subiectum esse non frigidum fundaliter, quando non habet calorem, utpote exigit carentiam frigiditatis, et tamen frigidum formaliter, quia contradictionem eius exigentiae reddit habet carentiam frigiditatis. Similiter potest subiectum esse mundum fundaliter, quatenus habet quod exigit carentiam peccati, et esse immundum formaliter, quatenus contra eius exigentiam reddit habet carentiam peccati.

Unde distinguo minorem: tale esset unum formaliter, et alterum fundaliter, si gratia et peccatum simul componerent, concedo minorem: utrumque formaliter, nego minorem. Itaque haberet subiectum illud mundities, iustitia et pulchritudinem solum fundalem, quae est gratia, et insuper haberet immunditia, iniustitia, et deformitatem formalem; quia haberet peccatum, quod haec omnia formaliter. Erat quidem idem subiectum praedita omnia; caeterum quidem formaliter, quaedam fundaliter, in quo nulla est contradictio.

Ad 3m. formam concedo maiorem, et distinguo minorem: sanctum formaliter adhuc dispositio absoluta, nequit componi cum peccato, concedo minorem: sanctum fundaliter, nego minorem. Sanctum itaque fundaliter solum dicit habere titulum, cui debeat remissio peccati: cui debito, cum Deus non teneat satisfacere nisi de lege, et potentia ordinaria, potest de absoluta non remittere, contraque debet gratia posset componi sanctitas, et peccatum; idemque est de iusto, filio adoptivo, et simili de alijs; licet haec omnia formaliter importarent carentiam peccati, ideoque cum illo non possent componi; possent, non haec omnia fundaliter cum eo componi; quia ut sic solum important exigentiam carentiae peccati. Ad 4m.

Ad 3.m R. fratr. Utraque mors est pure metaphorica, illa distinguo: gratia est vita supernalis animae fundalis, concedo majorem: formalis, nego majorem, et idem est de peccato, quod est mors animae, siquidem supernalis non formalis, sed fundalis: gratia enim non est vita, quia non est actus intellectus, neque voluntatis, neque in eisdem continet actus, quos producit, et per eos non intelligat, neque amet: unde gratia non est proprie vita; est tamen fundaliter vita supernalis, quatenus illi debentur principia supernalia, sive ea sint extrinseca auxilia, sive habitus intrinseci, a quibus ... effective actus supernales, quibus anima in actu 2.o supernaliter vivit.

Peccatum etiam est mors animae ... fundalis, quatenus exigit privationem gratiae, quae est vita fundalis animae; ipsum vero in se non est privatio gratiae: alioquin, ut notabamus rect. 1.ae quaestionis superioris, concludebat quaestionem longe; non enim adeo leberet, et insipientes sumus, ut affirmemus, peccatum post absolutam potentiam ... ex privatione gratiae. Ponuntur ergo, ea ... quatenus gratia est vita fundalis exigens carentiam peccati, et peccatum est mors exigens privationem gratiae, supra quas exigat post Deus de potentia absoluta operari.

Ornatia similiter est lux fundalis, quatenus exigit auxilia ex parte intellectus, quibus anima illuminatur supernaliter; peccatum vero est fundaliter tenebrae, quatenus exigit carentiam huiusmodi illustrationis, in quibus spiritualis lux animae consistit. Inde autem quod simul operari ... de potentia absoluta, forma exigens spiritualis illustrationem, et forma exigens carentiam carum, nulla est contradictio: sicut nec est in eo, quod dispositiones ultimae ad formas oppositas, de potentia absoluta, in eadem materia recipiantur.

Ad 2.am rationem a priori ... contramaiorem, nego, ... minorem, ... contradictio, quia non effectus formales gratiae et carentiae peccati, neque ... illa realiter connectuntur, sed ad summum dicunt connaturalitatem: neque est contradictio effectum formalis

fralis peccati et eandem proprietates illa essaliter componunt, et solum naliter; ideoque de potentia absoluta possunt componi, licet de lege ordinaria componi non possint. Sectio 2a doctrina sectionis praecedentis instatur ab adversariis.

Sectio 2a

Doctrina sectionis praecedentis instatur ab adversariis.

Dices 1o: Accidentibus unica est causa formalis nostrae iustificationis, sit gratia; sed nisi solaliter redderet nos iustos, et sanctos, non esset unica formalis causa nostrae iustificationis gratia: ergo gratia sersola reddit nos iustos, et sanctos: ergo adhuc de potentia absoluta nequeunt gratia componi peccatum. Probatur consequentia: quia repugnat, essaliter subiectum esse iustum et sanctum, et habere peccatum. Minor probatur; quia illa causa, quae sola non praestat effectum formalem, non est unica causa talis effectus formalis. Confirmatur 1o: si gratia, et peccatum possent componi, infusio solius gratiae non esset remissio peccati, alioquin componerentur peccatum, et illius remissio; sed infusione solius gratiae non esset remissione peccati erit, gratia non esset unica formalis causa nostrae iustificationis: siquidem forma iustificationis nostrae involvit remissionem peccati: ergo gratia, et peccatum non componuntur, nec componi possunt.

Confirmatur 2o: infusio gratiae, et remissio peccati, vel sunt omnino idem, vel duo distincta? si 1um: ergo impossibile est infundi gratiam, et non remitti peccatum, consequenter impossibile est componi gratiam et peccatum: si 2um: ergo iustificatio nostra est a gratia, et a remissione peccati tanquam a duobus: ergo gratia non est unica forma iustificationis nostrae, sed ea forma duplex est, sit gratia, et remissio peccati. Confirmatur 3o: in tantum gratia esset unica causa formalis nostrae iustificationis, inquantum licet simul requireretur remissio peccati, illa hanc exigeret; sed hoc non potest dici, quia intellectus exigit speciem ad productionem intellectionis, nec tamen est unica causa intellectionis, et idem est de forma caballi, quae est in equo, quae licet exigat reliquas formas

partiales, quae [illegible] in aliquis partibus: non est unica causa formalis ejus, sed est causa formalis partialis cum aliis: ergo gratia non est unica causa formalis iustificationis, licet importat remissionem peccati, et haec et gratia erunt duplex causa formalis partialis iustificationis.

Respondeo distinguendo maiorem: [illegible] unica est causa formalis iustificationis, quae formaliter, et expresse vera sanctitas, et vera iustitia sit, concedo maiorem: quae formaliter, et expresse non sit vera sanctitas, vel vera iustitia, nego maiorem. itaque meus [illegible] iustificatus [illegible] remissionem peccati tanquam formam extrinsecam; hoc enim supponit, dum ait iustificatus non esse solum peccatorum remissionem: cum enim haec remissio peccati sit actus Dei liber, ideoque saltem [illegible], vel formaliter, vel expresse non sit sanctitas, ulterius requirit unam, et formalem, et expressam sanctitatem, quae sit causa formalis iustificationis, hanc quae docet non esse eam iustitiam, qua Deus, vel Christus iustus, et sanctus est, sed solum et unicam [illegible] sanctitatem, et causam formalem esse habitualem intrinsecam.

Ad 1um

[illegible] formalem concedo maiorem, et distinguo minorem: sed infusionem solam gratiae non esse remissionem peccati, et [illegible] non esse unicam causam formalem [illegible] iustificationis, quae vera iustitia non sit, concedo minorem: quae vera sanctitas sit, nego minorem. itaque ad veram iustificationem duo de facto concurrunt, unum, quod formaliter, et expresse iustitia est, et hoc est sola, et unice gratia habitualis, non iustitia Dei, aut Christi: alterum, quod [illegible], vel formaliter, vel saltem expresse vera iustitia non est, ut remissio peccati, quae [illegible] abest ab hoc, ut excludatur [illegible] ad effectum iustificationis, ut potius ab eadem supponatur ad hunc effectum requiri.

Ad 2um

[illegible] formalem concedo antecedens quoad 2am partem, sit duo distincta esse, sit infusionem gratiae et peccati remissionem: et distinguo [illegible] iustificationem [illegible] à gratia, et à remissione peccati [illegible] tanquam à duobus, quorum unum

unus sit v^a, et expressa iustitia, et alterius non, concedo antecedens: quorum utrumque sit vera, et expressa iustitia modo explicato, nego antecedens. Consequens distinguo eodem modo: concedo, quia non est unica forma, quae sit iustitia iustificationis, nego consequens: quae non sit iustitia, concedo antecedens. Concurrit itaque simul remissio peccati, quam modo dico iustitia non est. Ad 3um instans nego maiorem; quia non ideo gratia est unica causa formalis nostrae iustificationis, sed quia, ut diximus, nihil aliud, quod sit expressa iustitia tanquam forma concurrit ad iustificandum. Deinde distinguo minorem: et hoc non potest dici in physicis, omitto minorem: in moralibus nego minorem, quod patet in actu amoris, cui saepe in Scriptura tribuitur iustificatio, cum tamen ei solum ut dispositioni, et non ut formae debeatur iustitia, et remissio peccati: exempla autem ibi allata sunt pure physica, et nihil moralitatis habentia, cum tamen iustificatio multum habeat moralitatis, non [illegible], nec sunt ad rem.

In physicis vero omisi minorem; quia licet in eis plerumque quod est a duobus unice soli tanquam unico principio, seu formae unice non tribuatur ratione exigentiae, seu debiti, ut bene instat aduersarius, [illegible] at aliquando, quod est a duobus uni tantum tribuitur, ut patet in generatione, et corruptione, quae formaliter est a duobus, sub ratione esse unius formae, et non esse alterius, et tamen tribuitur soli generationi tanquam unicae causae, eo quod dicatur vulgo generatio unius est corruptio alterius. Remissio ergo peccati est tamen generationi ideoque tribuitur omnis tanquam unicae causae, quia infusio gratiae est quasi generatio, cum sit motus ad terminum positivum; remissio vero peccati est quasi corruptio, quia est motus ad terminum saltem logice negativum, cuius est ad non esse peccati; ideoque soli gratiae tanquam unicae formae tribuitur tota iustificatio, quae est ab ipsa, et peccati remissione. Reliquum 3^a dicere, et difficile argumentum contra nostram conclusionem solvitur.

Sectio 3^a

Commune, et difficile argumentum contra nostram conclusionem solvitur.

Patres frequenter, et Doctores argumentum contra nostram conclusionem [illegible]

absolutae dominii ex eo, quod ex natura actionis sequitur Deum esse
et authorem peccati: quod sic confirmatur. Deus non potest esse causa
per se peccati; quia id repugnat divinae infinitae bonitati, et sanctitati:
sed si de potentia absoluta, possent componi gratia et peccatum, Deus esset causa
per se peccati, ergo nequeunt componi. Probatur minor: Deus est causa per se
illius effectus, cuius productio, vel conservatio est supra vires totius naturae;
quia cum omnis effectus habeat causam per se, eo ipso, quod effectus non sit a
natura, ut a causa per se, sequitur esse a Deo, qui est supra omnem naturam; sed
productio, vel conservatio peccati simul cum gratia est supra vires totius naturae;
naturaliter enim gratia, et peccatum nullatenus componerentur: ergo si componerentur, Deus
esset causa per se peccati.

Dices 1o. effectus, qui est a Deo ut disponente est a
Deo ut a causa per se: siquidem dispositio est virtus illa, ratione cuius Deus
est causa per se eorum omnium, quorum est causa per se; sed productio, vel conservatio
peccati cum gratia est a Deo ut disponente, cum sit a Deo ut operante de potentia
absoluta, quae est idem ac dispositio: ergo si peccatum et gratia componerentur, Deus esset
causa per se peccati. Dices 2o. effectus miraculosus est a Deo tanquam
a causa per se, illi attribuitur: siquidem miraculum solum potest esse a Deo tanquam
a causa particulari, ideoque ipsi privative tribuitur; sed compositio gratiae cum
peccato est effectus miraculosus, nec non conservatio peccati cum gratia, alioqui
quin posset naturaliter contingere: ergo si gratia, et peccatum componerentur, conservatio
peccati tribueretur Deo.

Argumentum hoc, licet non male torqueat adversarios
ingenia, ideoque fere illius reformidantes vim doctrinae contra illud,
fugam illius solutionis exhibent. Respondeo ergo, concedendo maiorem, et negando mi-
norem, ad cuius probationem distinguo maiorem: illius effectus Deus est causa per se,
cuius productio, vel conservatio tam absolute, quam ex suppositione est supra
vires totius naturae, concedo maiorem: cuius productio, vel conservatio licet
absolute, sit supra vires naturae, non tamen est talis ex suppositione, nego maiorem. Quod
ex pluribus facilis exemplis, sit primus in hoc instanti criminati et insequi, re-

peccet Petrus, peccatum hoc absolute et nulla facta suppositione est sufficiens totius naturae: atqui supponamus, Deus in eodem instanti Petrum collocare Romae, non est sufficiens totius naturae, quod Petrus Romae peccet, neque peccatum illius eo quod resolveretur sufficiens totius naturae est a Deo tanquam a causa eius, quae facta ea suppositione est Deus causa quae, a quo Romae procedit tale peccatum.

Ad rationem … deducto. Determinatio peccati cum gratia est absolute sufficiens totius rei; quod gratia exigit, ne sic cum in se eius opposito illius ponet Deus inducens ad peccatum, ne illud permittat: ideoque absolute non est ea creata, a qua se ponit peccatum actuale

tunc et tunc procedere, cum peccatum poni non possit a creatura nisi Deo permittente, et Deus indiciens parante. Ex suppositione vero, quod Deus non obstante hac exigentia gratiae ponet Deus inducentem, et peccatum permittat, potest creatura peccatum ponere, et hoc ab illa esse tanquam a causa propria, et hanc rationem peccatum actuale dicitur absolute, potest poni cum ea, quamvis Deus habeat causam … propriae.

Similiter peccatum habituale potest a creatura pro determinatione insufficiente ex gratia posita in subjecto exigit, Deus tale peccatum remittat, consequenter, nec ea, nec moraliter determinari a creatura; ideoque hoc absolute non potest a creatura adhuc moraliter determinari: ceterum ex suppositione quod Deus non annuat huiusmodi exigentiae, nec peccatum remittat, peccatum perseverat, habetque causam moralem determinationis creaturae, a qua … in determinatione … requiratur absolute determinare peccatum; potest tamen ex suppositione, quod Deus adhuc nollet illud remittere.

Ad 1um … determinationis, et nego minorem; quod peccatum non est a definitione, neque in determinatione, ideoque neque est ab ipsa. Neque obstat oppositionem illius cum gratia non opponere de potentia ordinaria, et de absoluta; quod … de potentia absoluta permittente actuale, vel non remittente habituale; non vero … de potentia absoluta operante, vel determinante, quod supponitur Dei per-

Dei permissione, l. negaõe remissionis circa sua ordinaria
spõa, qdeunt, l. Oseruat peccatis in Deo sectio prd.

Ad 2m Dfrads distinguo maiorẽ: effectus miraculosus simpliciter, qui ex suppõe ẽ à Deo tanquã à causa pse, Dedo maiorẽ: effectus miraculosus abste, n. v. ex suppõe, nego maiorẽ. itaq. lz effectus miraculosus abste eet, quod Petrus nunc existens Hispali, insequenti instanti blasphemaret Romæ, n. tn. blasphemia pse à Deo tanquã à cã pse; qr ex suppõe quod in tali instanti Romæ collocaret effus miraculosus n. eet, quod ibi blasphemaret. Hinc distinguo minorẽ: Opositio prd. in peccato ẽ effectus miraculosus abste, Dedo minorẽ: ẽ miraculosus ex suppõe, nego minorẽ, utrq. explicatus ẽ, et nego cnsq. qr effectus, qui ex suppõe miraculosus n. ẽ, n. ẽ necessũ à Deo ẽe ut à cã pse, neq. illi tribui ut Dtat ex dictis.

Sed dices: n. ió ẽ à Deo tanquã à cã pse, illiq. tribuit, quod tm. abste, qui ex suppõe miraculosus ẽ, verũ id, quod solũ abste miraculosus ẽ, lz tale n. sit, ex suppõe, sic negaõ Dorstonis insigne Babiloni cum Deo tribuit, ẽq. à Deo mo illi pportionato tanquã à causa pse eo quod abste sit miraculosa, lz ex suppõe, quod Deus denegauerit qui Dñeaeus ad Dbuendus, talis negaõ Dbustionis n. fuerit miraculosa, tn. ratio et rationis subsecuta ad talis denegadas Dunsus. Et idẽ ẽ de fere omnibus effectibus miraculosis, qui eo quod abste tales sint, quamuis facta suppõe Diuini Dcursus, lz eius denegationis miraculosi n. sint, tñ à Deo tanquã à cã pse, illiq. tribuuntur. ḡ similiter Opositio prd. et peccati eo quod absolute miraculosa sit, lz ex suppõe n. sit talis, Deo tribuatur illiq.; sabebit causã pse.

Resp. distinguo ant. n. solũ ẽ à Deo tanquã à cã pse, illiq. tribuitur, qui si tale miraculosus posuit ẽe effectus pse Diuinis lz potentiæ, Dcedo ant.: si talis effectus n. ponit cã, nego ant. ... qr lz quidquid à causis ẽ habeat dependentiã à Diuina Dpote, n. tamẽ

cuiuslibet creat[ur]ae ca[usa] p[er] se, nec quodlibet Deo tribuit[ur], et solum id, quod p[er] se p[ro]dit ab O[mni]p[oten]tia procedens: ideoq[ue] peccatum n[on] e[st] à Deo, ut à causa p[er] se, neq[ue] illi tribuit[ur]: similiter q[uo]d peccat[um] naturaliter ponit[ur] aut creatur[a], Deus n[on] habet causam p[er] se, neq[ue] illi tribuit[ur]. Exempla autem in instantia adducta sunt effectus eorum q[uae] p[er] se petunt e[ss]e effectus diuinae O[mni]p[oten]tiae, ideo[que] ab ea [ut] tanquam à ca[usa] p[er] se, Deo tribuuntur, siue procedant ab eo miraculose absolute tantum, siue etiam ex suppositione, quo enim eius modi sint, à Deo [sunt], ut à ca[usa] p[er] se. Sectio 4.a reliqua soluunt[ur] argumenta.

Sectio 4.a

Reliqua soluunt[ur] argumenta

facili, et solemne, ut arbitror, via expediuimus nos ab illo satis importuno argum[ent]o, quo aduersarii contendunt, Deum fore authorem peccati, causam p[er] se illius in m[ateri]a sa[cra], quod q[ui]d[am] p[ro] illa militantes n[on] satis soluunt de fra[tre] syllogistice, li satis ap-ta, et uera doctrina ad illius solutio[nem] exhibeant. In hac autem sectio-ne reliqua thomistarum argumenta soluemus, quae late congerit Co-net d[isp]. 1. de iustificatione peccatoris, art. 5.

Arguitur 1.o: gratia e[st] participatio diuinae naturae, et haec e[st] puritas ipsa eius de nulla potentia coniungibilis cum peccato; ergo et gratia est de nulla p[otenti]a coniungibilis cum peccato. Pro[batur] cons[equentia], quia p[er] se conuenit formae, q[uae] e[st] eius participatio, quod conuenit formae participatae; ut p[ate]t in lumine Lunae, cuius lux essentialiter expellit tenebras, q[ui]a e[st] participatio lucis solaris essentialiter expellentis tenebras. Conf[irmatur] 1.o, q[ui]a repugnat essentialiter, l[icet] de nulla p[otenti]a, fides supernaturalis diuinae cum errore, prophetia cum mendacio, lumen gloriae cum falsitate; et ratio e[st] q[ui]a participatio diuinae ueritatis essentialiter incompatibilis cum huiusmodi imperfectionibus: p[er] eadem ratione, q[ui]a gratia e[st] participatio diuinae naturae essentialiter incompatibilis cum peccato eadem erit incompatibilis cum ipso. Conf[irmatur] 2.o charitas supernaturalis e[st] essentialiter incompatibilis cum odio Dei, q[ui]a e[st]

participao Diuinę charitatis essaliter indispositibilis cum debilitate;
et gra e participatio Diuinę naturę essaliter indispositibilis cum peccato:
et eadē gra talis erit.

Resp. distinguo maiorem: gra e partici-
cipao Diuinę naturę secundum quod hęc ē radix visionis, amoris, et
filii, concedo maiorem: ē participatio Diuinę naturę secundum quod hęc
spiritus ē essaliter essaliter indispositibilis cum peccato, nego maiorem.
itaque et gra dispositio n̄ e, lt sit participao Diuinę naturę,
quatenus radix ē dispositio, quod n̄ ē participatio secundum quod ē talis radix:
siliter lt gra sit participao Diuinę naturę essaliter indispo-
sitibilis cum peccato, ipsa tamen talis n̄ ē, quia n̄ ē eiusdem partici-
pao secundum hoc praty. Quinde distinguo minorem, et nego consequentiam, quia hęc
participanti solum conuenit participaoē id, quod essaliter conue-
nit participato participare secundum quod hęc formaliter participat, n̄ vero s̄,
alios duplex. Nec exemplum lucis ē ad rem; quia tenebrę sunt privatio
lucis: ideo quod, ubicumque hęc sic essaliter illas expellit, quia forma
et privatio de nulla pot̄ simul expellere compari. At peccatum n̄ ē
privatio gratię, ut hic debet supponi: n̄ peccatum ē ubicumque radio.

Ad 1um
Distinguo nego maiorem; potest enim fidelis errare, propheta mentiri,
beatus falli: de facto ā hęc n̄ distinguere procedit ā voluntate Dei
n̄ permittentis hęc Diuinę, n̄ vero ab opposito natali horum actuum
cum habitibus his, quibus de facto n̄ distinguuntur. Siquidem nullus habitus
sive se habeat per modum potentię dantis posse simpliciter, sive per modum po-
tentię habitus facilitantis, habet oppositionem naturalem cum actibus his, ad quorum
oppositos dat posse, l. facilitat. Ad 2um Distinguo nego maiorem, quia
illa ratio supposita, sit charitas de pot̄ absoluta, n̄ posset compo-
ni cum odio Dei: potentia autem ad amorem obiecti n̄ solum de pot̄ absoluta, verum
etiam de pot̄ ordinaria potest componi cum odio eiusdem obiecti. Potest ergo
charitas de pot̄ absoluta componi cum odio Dei, n̄ vero de pot̄ ordi-

naaia; q. ex hanc grã conex. e inseparabilis charitatis, et grã de pôa ordinaria non pot. Cponi cu peccato.

Arguitur 2º repugnat idem subiectum referri ad duos fines ultimos totales; alioquin quilibet eet totalis, i.e. supponitur, et n eet totalis; q. de ratione finis ultimi totalis e, quod sit unicus, et n admittat Consortium alterius; et si grã, et peccatum Cponerent in eodem subiecto, hoc referret ad duos ultimos fines totales: ergo grã et peccatum n ponunt Cponi in eodem subiecto.

Pba minor; q. in primis grã refert subiectum ad Deum tanquam ad ultimum finem totalem: tum q. iustus ratione grã sic refertur ad Deum: tum q. eadem ut pote honestissima qualitas n pot respicere alium finem: et peccatum refert subiectum ad creaturam tanquam ad ultimum finem totalem: tum q. iniustus sive peccator sic refertur ad creat.: tum q. peccatum ut pote malum pessimum, et inhonestum, sic refertur ad creaturam: ergo si grã, et peccatum Cponerent in eodem subiecto, hoc referret ad duos ultimos fines totales.

Confirmatur: p. grã Conuertitur homo ad Deum tanquam ad ultimum finem; p. peccatum vero auertitur a Deo tanquam ab ultimo fine, q. peccatum e auersio a Deo, et Conuersio ad creaturam, et repugnat idem subiectum Conuerti ad Deum tanquam ad ultimum finem, et ab eodem auerti: ergo repugnat Cponi, siue Cuenire in eodem hoc grã, et peccatum.

Resp. distinguendo maiorem argumenti: repugnat idem subiectum referri ad duos ultimos fines totales, si ad tales fines referatur p relationem, quam utraque sibi habeat p suos actus, Concedo maiorem: si referatur p relationem, quam una sit p suos actus, et altera p suos habitus, vel utraque p suos habitus, nego maiorem. Itaque repugnat subiectum simul habere duos actus unum amoris, quo Deum super omnia diligat, ad Deumque omnia referat, et alterum, quo creaturam super omnia amet, adeoque ad illam omnia referat; sic enim subiectum referret,

ad Deum ultimum finem totalem relatione se habente per modum actus, non vero respondente subiectum habente habitum charitatis naturalis in Deum, quo sit facile ad Deum super omnia naturaliter amandum, subiectum quod reddat per modum habitus relatum ad Deum ut ultimum finem totalem, et insuper habente habitum obliquitatis, quo sit facile ad potentiam ad Deum referat per modum habitus tanquam ad ultimum finem totalem (si habitualis peccator ob ipsum quod peccet, collocet in creatura rationem ultimi finis, quod modo non discutio) neque insuper respondente cum supradicto habitu charitatis naturalis divinae actus obliquitatis, ita ut potentiam referat subiectum habitualiter ad Deum tanquam ad finem ultimum totalem; sed non ad potentiam actualiter referat.

Horum ratio est, quia potentia, et facilitas ad unum actum non opponitur cum facilitate et potentia ad actum oppositum neque cum ipso actu, sed actus inter se opponuntur. Cum itaque potentia solum referat subiectum ad Deum tanquam ad ultimum finem totalem per modum habitus, et non per modum actus; peccatum habituale referat subiectum ad creaturam tanquam ad ultimum finem totalem per modum habitus, et actuale per modum actus, inde est salutem depositam a(?) posse unum quod componi gratia solum per modum habitus referente.

Ultimo ad difficultatem maiorem distinguo: quod potest dicitur homo habitualiter ad Deum tanquam ad ultimum finem; concedo maiorem: dicitur actualiter, nego maiorem, et distinguo etiam minorem: et respondendo idem subiectum conversum ad Deum, et ab illo aversum, si utrumque sit per modum actus, concedo minorem: si unum sit per modum actus, et alterum per modum habitus, vel utrumque per modum habitus, nego minorem. Quando itaque est conversio ad Deum, subiectum quod ad Deum conversum per modum habitus, peccatum vero actuale est aversio a Deo, aversumque a Deo per modum actus; quod si peccatum habituale sit, est aversio, et aversum hoc per modum habitus; ideo quod neutrum salutem depositam a(?), est in se potentia. Arguitur 3°.

actus communicativus gratiae est actus perfectae dilectionis efficax, et fecundus non supponens, sed faciens objectum sibi comparem: sed cum huiusmodi actus possit componi cum peccato in subiecto: ergo gratia, et peccatum nullo modo possunt componi in subiecto. Minor probatur: quia non perfecte diligitur a Deo subiectum, cui inest peccatum, neque efficitur dignum divina dilectione. Respondeo distinguendo maiorem: actus communicativus gratiae quando coniungitur cum remissione peccati est actus perfectae dilectionis, concedo maiorem; quando vero illi non coniungitur, nego maiorem. Itaque quando non coniungitur cum actu remissivo non est perfecta dilectio, sed solum quid inchoativa; quia licet tunc per actum illum aliquo modo Deus diligat subiectum, quatenus ei vult bonum [illegible]; non tamen perfecte [illegible] perfecte diligit, cum ratione peccati est subiectum odio habeat.

Unde actus iste est efficax, et fecundus, quatenus gratiam producit: insuper est actus non supponens, sed faciens subiectum sibi congruum, quia producit gratiam, quae subiectum reddit congruum non solum praedicto actui, sed etiam perfectae dilectioni, quae gratia exigit per exigentiam remissionem peccati; ceterum si Deus huic exigentiae non annuat, nec remittat peccatum, subiectum manet congruum divinae dilectioni perfectae; non vero ab ea perfecte diligitur, quia Deus perfecte non diligit subiectum illud, quod licet congruum, adhuc odit ratione peccati.

Arguitur 4o: distantia iusti ab iniusto est aliquid positivum: sed talis non esset, si gratia, et peccatum simul componerentur: ergo gratia, et peccatum non possunt componi. Maior constat, cum minus distat iustus ab iniusto, quam sapiens ab insipiente, cuius distantia est quid positivum. Minor probatur: quia Petrus iustus v.g. habens gratiam, et remissionem peccati differt a Paulo iniusto habente gratiam, et peccatum solum carentia peccati, quae non est aliquid positivum: ergo si gratia

[illegible] et peccat. simul [illegible] d[illegible] [illegible] n[illegible] est [illegible] positiv. [illegible] [illegible] aliquid positiv. [illegible] [illegible] differt [illegible] [illegible] aliquid positiv. [illegible] differt ab [illegible] negativum, ut [illegible] peccati, que [illegible] e aliquid negativ. [illegible] logice. [illegible] carentia peccati [illegible] physica, [illegible] permanent, [illegible] tamen e negatio logica, [illegible] positiv. [illegible] ut [illegible] in his, qui aliquando peccarunt, in quibus carentia peccati e remissio peccati [illegible] illo satisfactio, quam ultimatè quid positivum [illegible].

Nec obstat, n. minus differre iustum ab iniusto [illegible]; quia sapiens differret ab incipiente [illegible] positivum et negativum, et iustus ab iniusto solum [illegible] negativum; quarum ratione ~~[illegible]~~ quarum ratione plus differt sapiens ab incipiente, [illegible] e physica, n. moralis: si quidem in [illegible] moris, et prudentis [illegible] estimationis plus differt iustus ab iniusto [illegible] solum [illegible] negativum, quam sapiens ab incipiente, ut differat [illegible] positivum et negativum.

Dixi [illegible] ultimatè, si sapiens differat; [illegible] quando [illegible] ab [illegible] loquendo sapiens ab incipiente, solum [illegible] negativum differt: si enim [illegible] Petrus cum sapientia, et carentia omnis erroris, [illegible] sapiens erit, [illegible] cum eadem sapientia, et pluribus erroribus [illegible] alias [illegible] sit sapiens [illegible] et incipiens; cum bonum, quale e sapiens n. sit, nisi ex integra causa; malum [illegible] quale e incipiens, sit ex quovis defectu. Ex qua ratione eodem modo [illegible] [illegible] iusti ab iniusto, et sapientis ab incipiente, [illegible] ultimatè sit negativa: semper tamen in [illegible] moris maior e [illegible] iusti ab iniusto, quidquid sit de [illegible] in [illegible] physico.

Arguit 2.o plures [illegible] qualitates positivas, que adhuc de [illegible] [illegible] n. [illegible] eodem subiecto, ut

ut assensus et dissensus eiusdem obiecti in eodem intellectu: amor efi-
cax, et odium eficax eiusdem obiecti in eadem voluntate; et eadem
est ratio de gratia et peccato: quae adhuc de potentia absoluta non possunt com-
poni. Confirmatur 1º possibilis est gratia adhuc de potentia absoluta incompossibilis cum pe-
ccato; et talis est gratia, quam de facto dat, cum nullum habeamus fundamentum
ad oppositum asserendum: ergo gratia haec incompossibilis est cum peccato. Confirmatur 2º
de nulla persona est compossibile peccatum cum visione Dei, quia haec est summa feli-
citas; illud vero, summa miseria; et eadem est ratio de gratia: quia
cum hac nequit componi peccatum. Confirmatur ultimo quia gratia longe exce-
dit visionem, estque naturae divinae physica participatio, cum illa
solum sit moralis.

Respondeo omissa maiori, negando minorem, quia dictae
qualitates sint, [illegible] interesse annexos multos respectus, quos
non habere gratia, et peccatum, dictae tamen utrumque dicuntur incompossibi-
les assensus, et dissensus eiusdem obiecti in eodem intellectu, tantum non est
evidens, quanta est altera suppositio, quod licet naturaliter repugnent, eo quod
non potest intellectus assentiri evidenter, sed, qualiter est duplex [illegible]
cum, quod sibi persuaderet intellectus eidem obiecto simul assentiendo,
et dissentiendo. Hoc licet non probat, non posse divinitus componi, quia
si ex suppositione assensus Deus infunderet dissensum, intellectus quidem haberet
dissensum, et non dissentiret, quia unum ex essentialiter requisitis, ut intellectus di-
ssentiat, est ne praesupponat assensum, qualiter ex modo suppo-
nitur.

Quod si, e contra, intellectui dissentienti Deus assensum supernatu-
ralem infunderet, intellectus non assentiret; quia unum ex essentialiter requisi-
tis ad hoc, ut intellectus assentiat, est ne praesupponat dissensum.
Quod si consequenter Deus assensum, et dissensum infunderet, intellectus neque
assentiret, neque dissentiret obiecto, et maneret suspensus; quia est unum
ex essentialiter requisitis ad hoc, ut intellectus assentiat, vel dissentiat,
ne simul utramque has qualitates infundat.

At vero aliqua licet similia
exempla habemus in supernaturalibus, et in naturalibus, intellectus enim gratia

quae filiationem adoptiuam, filius adoptiuus non desinit, nisi supposita negatione filiationis naturalis in subiecto, qua quidem in extinctione non supposita eiusdem filius adoptiuus non desinit. In naturalibus autem similiter contingit in accessu, et recessu per motum localem ad terminum, quod subiectum non accedit ad eum per motum ab intrinseco, nisi ex suppositione, quod mouetur ab intrinseco eadem velocitate non moueatur ad oppositum terminum, ut patet in eo, qui in naui versus terminum orientalem se mouet, ad quem non accedit, nisi ex suppositione, quod pari velocitate a naui non moueatur versus terminum occidentalem.

Quae exempla, et non dissimilia, satis explicant, qualiter ex dispositione absoluta ponuntur assensus, et dissensus quoad contradictoria, et quod eidem obiecto assentiat, et dissentiat, nec sibi persuadeat duplex contradictorium. Quae, etiam proportionaliter sunt dicenda de amore, et odio, quae, et dispositione absoluta ponantur in eadem voluntate in potentia voluntatis amabit efficaciter, et efficaciter odio habebit, et unum, et alterum perdabit, et ad utrumque se suspendet.

Ad 13. dicitur fratrem concedo maiorem, et nego minorem, quod ad negandum talem affectionem in gratia satis fundamenti est, non dari fundamentum ad eam affirmandam: siquidem onus probandi affirmantis est, non negantis: ideoque affirmantis est parere ubi, id debere probare non qui id negat. Contra ad alteram confirmationem nego maiorem, quod unio Dei est summa salutis per modum eius, naturae, et radicis, non satis est, quod debeat expulsio summae miseriae, quale est peccatum; non vero quod adhuc de unionibus non sit inde probabilius. Quaestio 3.a an aliter quam per infusionem gratiae possit expelli peccatum. Electio 1.a non nulla ad radicum ... et dicto in sententia.

Quaestio 3.a

An aliter, quam per infusionem gratiae possit expelli peccatum.

Sectio 1.a

Non nulla ad resolutionem praemitto, et Doctorum sententias.

Eo tendit praesens difficultas, ut inquiratur, an peccatum possit expelli aliter, quam per infusionem gratiae habitualis, an possit expelli per merum extinctionem vel donationem, vel valde per poenitentiam, vel retractationem peccatorum absque interveniente infusione gratiae sanctificantis; cui difficultati ut facilius respondeamus, aliqua praemittere non est digna iudicavi.

Praemitto 1.o de potentia ordinaria, et de praesenti providentia peccatum non remitti, sive expelli nisi per infusionem gratiae; quod utique ex Tridentino docemur, peccatum non expelli nisi per iustificationem, quae non est sola peccatorum remissio, sed interior hominis renovatio per infusionem gratiae et donorum. Confirmatur quia peccatum non remittitur nisi per Sacramentum baptismi, vel poenitentiae in re, vel in voto suscepta, ut est doctrina eiusdem Tridentini: sed hoc Sacramentum est causa gratiae, ut docet Divus Thomas: ergo de praesenti providentia, et de potentia ordinaria peccatum non remittitur absque infusione gratiae.

Praemitto 2.o de eadem providentia peccatum non remitti sine retractatione peccatorum, quia non remittitur sine poenitentia, sive contritione docente Tridentino sess. 14. contritionem nam ad impetrandam peccatorum veniam fuisse quovis tempore necessariam: sed contritio retractatio est peccati commissi, quod adultis, qui habent aliud peccatum praeter originale numquam remittitur sine praedicta contritione, sive retractatione; dixi praeter originale, quia hoc remittitur parvulis absque ulla eorum retractatione, vel dispositione: adultis autem, etsi non remittitur absque dispositionibus fidei, spei, et reliquis, remittitur tamen eis sine nova retractatione; quia cum eis voluntarium non fuerit, Deus ab eis non exigit retractationem eius, quod per propriam voluntatem

obligatio [illegible] in Omissione.

Premitto 2.º praesentem quaestionem procedere de peccato habituali, sive id personale sit, et proprium, sive originale et commune: siquidem de utroque eadem difficultas, cum neutrum praesentet aliquid positivum physicum, et tantum moralem, quod nunc quaerimus, cum Deus non possit tollere aliquid physicum intrinsecum in peccatore, et tantum morale extrinsece condonando. Haec ratio non militat in peccato actuali, quod cum praesentet aliquid physicum, et dum est, nondum est, nec possit simul non esse, dum actuale est, neque per infusionem gratiae, neque alio modo videtur posse condonari, et de hoc infra: interim tamen, neque quod ad propositum, nihil de illius extrinseca condonatione statuo.

Premitto 3.º peccatum habituale nihil aliud esse, quam peccatum actuale non physice, sed moraliter perseverans; quod si physice perseveraret ipsum quod quantum tempus peccatum actuale est, et non habituale. Quod si physice transierit, et moraliter non perseveraret, neque peccatum actuale est, neque habituale; ideoque iusti, etsi peccaverint, vere mundi sunt a peccato, illiusque expertes, quia in illis neque physice, neque moraliter perseverat peccatum.

Premitto 4.º hanc moralem perseverantiam non consistere in eo, quod peccatum, quod aliquando physice fuit, modo non sit retractatum, quoniam quantumvis quis per alterius supernalis extra sacramentum, et per contritionem naturalem, si haec possibilis sit, peccatum retractaret, adhuc idem peccatum moraliter perseveraret, aliquin sic retractans non haberet peccatum. Cum peccatum vero praesens praecedentia non remittatur nisi per infusionem gratiae, si per actus mere naturales iustificaretur, quae est haeresis Pelagiana, vel Semipelagiana.

[illegible]

per peccatum habituale, sive quod idem est actuale moraliter [illegible]

verum, quod sit in privatione gratiae habitualis; quod si homo haberet gratiam Dei de potentia absoluta, quam Deus auferret, ut auferre potest, is haberet privationem gratiae, et non haberet peccatum habituale, hoc enim nunquam est, nisi praecesserit actuale, qualem praecessisse supponimus: ergo peccatum habituale non est privatio gratiae. Quod si dicas, non quamlibet privationem gratiae esse peccatum habituale, sed eam, quae inducitur per peccatum actuale.
Contra 1°: privatio eiusdem formae semper est eadem, sive ab hoc, sive ab illo proveniat privatio; sicut et forma est eadem sive ab hoc, sive ab illo proveniat; sed privatio non inducta per peccatum actuale non est habituale peccatum: ergo neque inducta per illud. Confirmatur 2°: quia peccatum originale non minus induxit privationem gratiae, quam privationem vitae sive mortem corporis, privationem omnium donorum, quibus appetitus subordinabatur rationi, et ratio Deo, nec non aliarum privationum sanitatis, voluptatis etc.; sed haec omnia non sunt peccata originalia adhuc habitualia, et si per peccatum originale sint inducta; quia manent in iustificatis, in quibus non manet peccatum originale, cum fide dicatur, et esse in baptizatis, sive renatis, nihil odisse Deum, sive non manere peccatum, ut docet Tridentinum: ergo privatio eadem est, sive per peccatum actuale inducatur, sive non, et quae ipsa peccatum non est, vere et proprie inducta per peccatum non est peccatum.
Ergo, peccatum habituale, sive permanens moraliter perseverans peccatum, quod aliquando factum fuit, et omnino remissum non est: non est autem remissum, quia pro eo condigna satisfactio oblata non est, vel etiam a Deo adversus quem est commissum, non est condonatum. Unde ratio est, quia eo ipso, quod intelligatur, quis aliquando peccasse, condigne non satisfecisse, nec Deum condonasse, intelligitur esse in peccato, et non in actuali, cum hoc iam fortasse transierit: ergo in habituali. Exemplo desumpto ab humanis facile explicatur: si enim quis a Petro centum aureos subripiat, peccat actualiter in Petrum, eique infert ac-

actualem iniuriam, quod peccati est iniuria adversus Petrum tandiu moraliter perseverat, quandiu Petro fiat satis per condignam satisfactionem restituendo ei centum aureos, vel quandiu Petrus liberaliter id condonaverit.

Similiter homo quis lege Dei transgreditur peccans actualiter in Deum, eidem quam iniuriam, sive offensam infert, quod peccati iniuria, sive offensa tandiu moraliter durat, quandiu pro eo non offertur condigna satisfactio, vel Deus illud remittit. Quae remissio an possit esse per meram extrinsecam condonationem nullo intrinseco posito ex parte peccatoris, quaestio praesens est.

In qua 1.a sententia docet, remissionem peccati non posse fieri nisi per infusionem gratiae sanctificantis, ita Doctor Sanctus apud Gonet disp. 1.a de iustificatione art.o 4. §. 1.o Thomistae sequuntur nec Valentia, Vasquez, Merchius, et alii apud Pr. Ripalda tomo 1.o lib.o 6. disp. ultima sect.e 22. 2.a sententia affirmat, non esse possibilem remissionem peccati sine peccatoris retractatione, ita Scotus, Becanus, et non pauci alii. 3.a sententia propugnat posse remitti peccatum per puram, et meram condonationem extrinsecam absque infusione gratiae sanctificantis, retractatione peccatoris, et absque illo physico intrinseco ex parte peccatoris. ita Pater Suarez lib.o 2.o de gratia cap. 21 et 22. Ripalda, Arriaga, et alii. Sectio 2.a 1.am proponit et probat conclusionem.

Sectio 2.a

Prima proponitur, et probatur conclusio

Pro resolutione praesentis quaestionis clarius procedamus triplicem proponendo conclusionem ad exhauriendam plenius rei istius difficultatem. Quarum 1.a sit: potest de absoluta Dei potentia remitti peccatum absque infusione gratiae. Ita Ex... ubi supra, et alii. Probatur 1.o: peccatum est inimicitia cum Deo: siquidem ratione peccati fit homo inimicus Dei: gratia autem est amicitia cum Deo, cum ratione illius

illius homo fiat amicus Dei: at ad tollendam inimicitiam non est necesse ponere, vel infundere amicitiam: ergo ad tollendum, sive remittendum peccatum non est necessaria infusio gratiae. Minor probatur: quia datur status medius, scilicet, qui neque sit amicitiae, neque inimicitiae. Confirmatur: quia peccatum est servitus, et captivitas diaboli; gratia vero est filiatio, et adoptio Dei: at ad tollendam servitutem non est necesse assumere in filium, neque adoptionem: ergo potest remitti servitus, sive peccatum absque infusione gratiae, sive absque assumptione in filiationem. Minor probatur: quia non eo ipso quod quis servus non sit, eo ipso filius est, neque eo ipso quod filius non sit, servus est.

Probatur 2o: peccatum est iniuria, vel, offensa Dei; in hoc enim stat tota, quae dicitur peccato remittendum esse, vel, saltem hoc est primum illius; at ut remittatur iniuria non est necesse aliquid intrinsecum iniurianti infundere, at potest remitti per meram extrinsecam condonationem, ut patet inter homines constitutos: ergo ut Deus peccatum remittat non est necesse infundere gratiam, vel aliud intrinsecum donum, at poterit illud per meram condonationem extrinsecam remittere. Confirmatur: quia attenta voluntate, et perfectione intrinseca non minus vigorosa, et perfecta est voluntas Divina sola considerata, quam voluntas creata: at haec sola, et absque ullo miraculo se tenente intrinsece ex parte iniuriantis, et offendentis potest iniuriam remittere, et condonare: ergo et poterit Divina voluntas absque ullo adminiculo se tenente intrinsece ex parte peccatoris, sive id gratia sit, sive quodcumque aliud per solam extrinsecam condonationem, remittere peccatum.

Dices ex Gonzalo: dispar est ratio inter voluntatem Dei, condonantem et humanam: quia haec intrinsece mutetur per ipsam condonationem non est necesse fieri aliquam intrinsecam mutationem in eo, cui remittitur offensa: ast cum Dei voluntas sit immutabilis necesse est fieri mutationem intrinsecam per gratiam in peccatore: siquidem impossibile est, et inintelligibile quod pe-

inintelligibile, quod peccator transeat de peccatore in non peccatorem, et Deus de infenso peccatori ~~[struck]~~ in non infensum illi nulla facta intrinseca mutatione saltem in peccatore.

Sed contra est 1º: quia hec non tam est argumenti solutio, quam effugium ad difficillimum mysterium de actibus liberis Divinis ad confundendam ibi difficultatem; quod probatur evidenter: quia si Deus libere vellet pro aliquid a se realiter distinctum, et per actus liberos esset mutabilis: convinceret argumentum posse Deum remittere peccatum absque infusione gratiae, per solam extrinsecam condonationem; quemadmodum homo per illam potest remittere iniuriam, et offensam sibi factam, eo quod sit intrinsece mutabilis, et per suos actus liberos mutetur: sed Deum non velle libere pro aliquid a se realiter distinctum, nec esse mutabilem per eos est mysterium de actionibus liberis Dei, quod a pluribus difficilius reputatur Trinitatis mysterio: ergo solutio, quae desumitur hinc immutabilitate non est tam solutio, quam effugium ad hoc mysterium ad confundendam ibi argumenti difficultatem.

Contra est 2º: quia quod impossibile et inintelligibile est in creatura, potest esse intelligibile in Deo: sed impossibile et inintelligibile est in creatura, quod libere vellet, remittatque iniuriam sine sui intrinseca mutatione; et nihilominus non inintelligibile et possibile in Deo, quod peccatum remittat per infusionem gratiae; siquidem remittit sine intrinseca sui mutatione: ergo quamvis in creaturis impossibile, et inintelligibile sit, unum alteri remittere iniuriam sine mutatione saltem ex parte unius, poterit intelligi in Deo, quod remittat sine sui, vel creaturae mutatione.

Contra est 3º: actus Dei liber propter suam eminentiam, et infinitam perfectionem in sua linea habet quidquid perfectionis est in actu libero creato seclusis imperfectionibus; et actus liber creatus habet perfectionem remittendi iniuriam sine indigentia alicuius intrinseci ex parte illius, cui remittit iniuriam, et aliunde dicit imperfectionem mutandi voluntatem, cum actus liberi: ergo actus liber Dei sine imperfectione mutandi voluntatem habebit perfectionem remittendi peccatum absque indigentia

mutaõis ex parte peccatoris, contritione, sine infusione gratiae.

Ad 3m instantia

eluditur dicendo actum liberum D. non dicere perfectionem simpliciter, et inde nec infinitum quod impugnare non est sententiam institutam; in se tale facile in voluntate D., quae ratione suae infinitae perfectionis dicit quidquid perfectionis est in voluntate creata seclusis eius imperfectionibus: cum ergo in hac remittere sine indigentia alicuius extrinseci sit perfectio, et mutari per remissionem sit imperfectio, sequitur divinam voluntatem posse remittere sine indigentia extrinseci, et quin propterea mutetur.

Dices 4o: ut intelligatur actus D. liber sat est intelligi effectum ad extra; ita enim intelligitur D. eum libere velle mundum per existentiam ipsius mundi; et sine infusione gratiae potest intelligi effectum ad extra in rerum eius remissione peccati; ergo adhuc si actus D. liber exigat mutationem ad extra, potest Deus remittere peccatum sine infusione gratiae. Minor patet; quia sicut ipsius Dominus efficit ut velit opera sua a Deo acceptari non ut meritoria sed gratiae, et ut satisfactoria pro peccato, haec voluntas Christi sola sufficit eius remissione peccati; quia oblata condigna satisfactione pro peccato, eaque acceptata, statim cessat peccatum: ergo sine infusione gratiae potest intelligi effectum ad extra in rerum eius remissione peccati.

Dices 5o ad argumentum disparitatem esse in communi moralium, etiam actus remittentes iniurias sibi illatas; quia homo dum remittit, et remittit, quia per iniuriam nihil sibi intrinsecum amisit, ideoque potest remittere nihil intrinsecum ponendo in iniuriante; at Deus remittere peccatori, qui per peccatum gratiam et dona supernaturalia amisit per peccatum, non posse ei peccatum remittere, nisi gratiam illi restituendo sive infundendo.

Sed contra 1o, quia ut offendenti remittatur iniuria, necesse non est ei restitui ea, quae ratione iniuriae amisit, ut patet in eo, qui ratione iniuriae alterius amicitiam amisit, cui remittitur iniuria, quin ille in amicitiam restituatur; ergo ut peccatori remittatur peccatum, non est necesse illi gratiam restituere

ptã restitui, quæ amisit; cæterã, quæ amisit, sæ exorbitasset intrinseca offendentis parum conduit ad remissionem iniuriæ; quod ideo ad hanc non sit necessaria restitutio bonorum extrinsecorum, in casso, quamvis sit necessaria restitutio intrinsecorum.

Confirmatur 2º: si servus ut domino se reddat inutilem sibi manus, vel pedes abscindat, iniuriam domino infert, amittit quidem bona intrinseca non minus intrinseca, imo magis, quæ intrinseca est potestas hominis, et potestas illi illa iniuriam condonare, quin illi manus, vel pedes restituant: imo etiam servus aliunde habeat bona, quibus pro hac iniuria satisfaciat, potest satisfactionem non accipere: ergo etiam per peccatum bona intrinseca peccator amittat, potest ei remitti peccatum, etsi non illi gratia non restituatur.

Confirmatur 3º; quia hinc requiritur, quod sit habens gratiam, ex sine peccato eius Deus auferat, ut potest, requiritur, inquam, huic deinceps peccanti possit remitti peccatum absque infusione gratiæ: siquidem potest illi remitti peccatum, quin illi detur, id, quod per peccatum non amisit: ideo omnibus aliis non potest remitti peccatum sine infusione gratiæ; quia per peccatum gratiam amiserunt, huic vero per peccatum non amisit gratiam: ergo sine ea potest ei remitti peccatum.

Confirmatur 4º: probatio quæ induxit in pœnam peccati: siquidem iustissime punitur peccatum privatione gratiæ; et ut remittatur peccatum, non est necesse restitui donum gratiæ, quam privatione in pœnam peccati induxerit, ut patet in peccato originali, quod remittitur, quin nobis restituantur ea omnia dona felicissimi status innocentiæ, quæ per peccatum amisimus: siquidem non est restituta subiectio appetitus, immortalitas etc.: ergo ut remittatur peccatum, non est necesse restitui gratiam. Sectio 3ª. Solvuntur obiectiones.

Sectio 3ª
Solvuntur obiectiones.

Obiiciunt 1º Thomistæ apud Lanet: ut peccatum remittatur, necesse est fieri aliquam mutationem intrinsecam; et hæc mutatio non potest fieri in Deo: ergo necesse est fieri in peccatore, ergo quod non sit alia forma, quæ possit fieri nisi gratia, cum quælibet alia non sit remissiva peccati, necessarium est fieri gratiam. Minor

Ditar, ut Deus sit nō immutabilis. Maior ā pbr: qui Deus transit ab infenso peccatori, ad n̄ infensum illi, et peccatorem de inimico Dei in n̄ inimicum eiusdem, quae ut evidens ē, ē mutatio. Probatur: quia voluntas D. nequit mutari in se ipsa, et dum condonando pec. incipit diligere peccatorem, fit aliqua mutatio; quia omnis inceptio rei ē mutatio: siquidem mutatio ē inceptio rei, quae nunc est, ante n̄ fuit: ergo haec mutatio debet fieri in peccatore per infusionem alterius.

Resp. distinguendo maiorem: ut peccatum remittatur, necesse ē fieri aliquam mutationem formalem, vel virtualem, concedo maiorem: aliquam mutationem debere esse formalem, nego maiorem. Itaque Deus remittens peccatum transit de infenso peccatori ad n̄ infensum eidem per mutationem intrinsecam n̄ formalem, et virtualem; quia quod voluntas creata propter suam imperfectionem efficit dum libere vult, et libere remittit per mutationem formalem, id ipsum Deus propter infinitam perfectionem sine imperfectione efficit tantum per sola virtuali mutatione suae voluntatis; quare nego minorem. Quia licet Deus sit immutabilis formaliter, virtualiter tamen mutabilis ē, quae virtualis intrinseca mutatio in Deo sufficiens ē, ut peccator extrinsece formaliter mutetur transeat de inimico Dei in n̄ inimicum; quia talis esse peccatorem habitualiter ē in eo [illegible] denominatio extrinseca desumpta à negatione condonationis, et actu physice praeterito.

Ad confirmationem distinguendo maiorem: divina voluntas n̄ potest in se ipsa mutari formaliter, concedo maiorem: n̄ potest in se ipsa mutari virtualiter, nego maiorem. Similiter distinguo minorem: et dum condonando peccatum incipit diligere peccatorem, fit aliqua mutatio virtualis, concedo minorem: aliqua mutatio formalis, nego minorem, atque probationem distinguo: omnis inceptio formalis ē mutatio, concedo antecedens: omnis inceptio virtualis, nego antecedens. Itaque inceptio virtualis ē virtualis mutatio, quae formalis mutatio n̄ ē; consequenter quia n̄ ē prius esse rei formale, sed prius esse rei virtuale, rei, inquam, quae ante n̄ fuit virtualiter, fuit vero formaliter: quae omnia difficillima esse fateor; n̄ tamen ratione extrinsecae condonationis, sed ratione actus liberi Divini, qui

quæ claudit extrinseca condonatio, cuius difficultas insuperabilis est intuitu creato naturaliter intelligenti.

Obiicies 2°: remissio peccati est specialis Dei dilectio erga peccatorem: at dilectio specialis Dei erga peccatorem non potest non ponere aliquid intrinsecum in homine: ergo remissio peccati aliquid intrinsecum ponit in peccatore, scilicet per gratiam. Major patet ex eo, quod hæc remissio sit pacatio, seu pax cum peccatore, quæ inintelligibilis est sine speciali Dei dilectione. Minor probatur ex Divo Thoma amor Dei est primum, supponens, et causans bonitatem, quam amat; cum e contra amor creaturæ sit sterilis, utpote creaturis supponens bonitatem, et non causans bonitatem, quam amat: ergo dilectio specialis Dei erga hominem non potest non ponere aliquid intrinsecum in homine.

Respondeo concessa maiori distinguendo minorem: at dilectio specialis Dei erga hominem non potest non ponere in homine aliquid intrinsecum, vel physicum, vel morale, concedo minorem: aliquid determinate physicum, nego minorem. Itaque si amor Dei ponat aliquid saltem moraliter intrinsecum, inferendum est non esse contra nostram remissionem physice extrinsecam, et moraliter intrinsecam peccatori, ergo ponat intrinsecum in peccatore, aliquid moraliter intrinsecum ponit in peccatore. Nec verum est, amorem Dei semper causare bonitatem, quam amat: quia amor Dei, quo seipsum amat non causat, sed supponit bonitatem, quam amat: et similiter de gaudio, quo gaudet de pœnitentia peccatoris, quod amor est pœnitentiæ, nec tamen illam causat, sed supponit.

Obiicies 3°: peccatum remitti per condonationem extrinsecam, sine aliqua infusione gratiæ est peccatum non imputari; at hoc est error hæreticorum nostri temporis affirmantium iustificationem fieri per non imputationem peccatorum, et non per infusionem gratiæ: ergo sine huiusmodi infusione non potest remitti peccatum. Confirmatur 1°: ideo Pater Suarez afferat, parum conspicuum de potentia Dei absoluta poni in dubium illud rem universæ Ecclesiæ; quam ita apertius defendit contra hæreticos ex vita Christi

Christi Domini Eucharistia: et sicut non potest remitti peccatum sine infusione gratiae, ita aptius defenditur contra haereticos iustificationem fieri infusione gratiae: ergo negandum est illud posse fieri. Confirmatur: ea opinio est amplectenda, quae magis adversatur haereticorum erroribus; ita enim veritas catholica magis firmatur: et opinio affirmans non posse remitti peccatum absque infusione gratiae magis adversatur quam opposita erroribus haereticorum dicentium iustificationem sine gratiae infusione: ergo ea opinio potius, quam opposita est amplectenda.

Respondeo negando maiorem: quia peccatum remitti est vere non esse peccatum; sicut etiam in humanis iniuriam remitti, licet solum per remissionem extrinsecam, est vere non esse iniuriam: at peccatum non imputari iuxta haereticorum explicationem est peccatum vere esse, a Deo tamen occultari, et non puniri. Ad minorem dico haereticos errasse in duobus; primo quia docent in iustificatione peccata vere non remitti. 2° quia etiam docent de facto iustificationem fieri sine infusione gratiae inhaerentis, neutrum nos docemus, ideoque condonatio extrinseca non est imputatio haereticorum.

Ad 1am confirmationem nego maiorem. Itaque eodem modo dicere Pater Suarez tomo 3° in 3am partem disputatione 48 sectione 4a litera C, qui ita loquitur: est enim haec opinio non solum aptior ad vincendum haereticos, et ad veritatem catholicam tuendam; sed etiam iudicio meo tam valde [?] evidenter convincit illos, ut mirabile semper mihi visum fuerit contrariam sententiam gravissimis Theologis persuaderi potuisse. Ubi patet possibilitatem positionis corporis in duplici loco circumscriptive non ideo posse defendi a Patre Suarez, quia sic aptius defenditur positio corporis Christi in pluribus locis definitive; et quia ex contraria veritate catholica evidenter infertur ipsius iudicio illa possibilitas: at ex hac veritate catholica, scilicet de facto remissionem peccati fieri per infusionem gratiae non sequitur evidenter, imo nec probabiliter, quod sine ea non possit de potentia absoluta remitti peccatum. De facto enim fide catholica certum

ceatus e, adultus nullus iustificari, nec saluari sine prævijs dispositionibus fidei specialibus. Nec tamen propterea euidens est de potentia absoluta Deum non posse adultum iustificare, et saluare sine prædictis dispositionibus; imo probabilius certissimum est posse.

Ad 2um conseq. nego Maiorem, et ratio est: quod non semel, quod magis opponitur hæreticis falsum est, ut patet in sententia Durandi negantis immediatum concursum Dei ad operationes creaturarum, quæ magis opponitur errori hæreticorum affirmantium Deum esse eodem modo causam boni operis, ac peccati, quam opinio communis concedens Deo immediatum concursum ad omnes operationes; et tamen hæc vera et recepta est, illa falsa, et reiecta. Ea quod opinio viro theologo eligenda, quæ maiori authoritate, et rationis pondere constat, siue ea magis, siue minus recedat ab erroribus hæreticorum, eis quæ aduersetur.

Obijcies 4o: impossibile est tolli priuationem, nisi per formam, cuius est priuatio: sic enim impossibile est tolli tenebras nisi per lucem, nec quietem nisi per motum: sed peccatum habituale saltem ex suppositione eleuationis in finem supernalem est priuatio gratiæ: ergo impossibile est tolli peccatum nisi per infusionem gratiæ. Minor probatur: quia omnes tenemur ipsam gratiam non amittere, et ea quantum in nobis est, conseruare; ideoque voluntaria gratiæ priuatio peccatum est: sed habituale peccatum saltem ex suppositione eleuationis est priuatio gratiæ.

Confirmatur 1o. macula peccati et peccatum habituale idem sunt: quod transacto peccato actuali manet illius macula, quæ dicitur peccatum habituale; sed macula peccati est priuatio gratiæ: ergo nisi per gratiam non potest tolli peccatum. Minor probatur: quia gratia est munditia: sed quod id, quod manet e macula, manet a priuatione gratiæ: ergo macula peccati est priuatio gratiæ. Confirmatur 2o. quod macula peccati est ire, et extranea ma[...] proueniens a peccato: sed ea, quæ sic proueniunt non tolluntur per solam extrinsecam voluntatem Dei, sed per intrinsecam positiuam, ut est mortuus tenebris[...]. Ergo neque peccatum tollitur nisi per positiuam intrinsecam gratiam. Respondeo omissa maiori nego minorem.

ad cujus probatõe distinguo ant: Deo tenemur ea quae sunt n amittere, eo quod teneamur praecepta servare, quorum obedientia praeservare n amicitia gratiae, concedo ant: eo, quod extet speciale praeceptum de gratia n amittenda, nego ant. Nulla ergo ratione privatio gratiae in recipro est peccatum, ut optime notat R. P. Granado 1a 2ae contra 6a tract. 8 disp. 1a sect. 2a no 10. Quod si argumentum aliquid probet, probat etiam peccatum actuale esse privationem, quod tale n est, et argumento n obstante, neque erit habituale. Est ergo privatio gratiae poena a peccato immediate inflicta, et volita a Deo, ideoque inseparabiliter n mala, sed indifferenter attingit actus bonos, vel malos, ut homicidium, quod probatur authoritate malum est, bonum a publica, quae in eo malitia posset consistere, et in actu, qui modo indebito ad illud tendit.

Ad 1um. Concedo omissa maiorem, quae in ea universalitate negat Granado supra, no 11, et nego minorem; quia macula peccati est ipsum peccatum moraliter perseverans. Nec obstat, peccatum esse munditiam; quia est alia munditia, scilicet extrinseca condonatio, qua quum remittitur, peccatum mundamur a peccati macula. Neque item obstat id, quod manet esse maculam; quia licet maneat macula, n tamen omne, quod manet, macula est: siquidem manet reatus ad poenam, qui macula n est: manet etiam privatio gratiae n tanquam macula, sed tanquam poena, vel effectus maculae.

Ad 2um. Concedo distinguo maiorem: macula peccati est [illegible] peccato manente peccato, concedo maiorem: illo n manente, nego maiorem. Cum itaque posita condonatione, n maneat peccatum, quia unus ex eius constitutivis est negatio condonationis, inde est quod positione condonationis tolli peccatum, et maculam peccati. Quare nisi Deus condonaret peccatum n posset per voluntatem mere extrinsecam tollere peccatum, sive eius maculam, quod adeo verum est, ut etiam infusa gratia nisi accederet ad condonationem, n tolleret peccati maculam. Sublata privatione gratiae, quae diminuit privationem adhuc partialiter constituere maculam peccati, sive ipsum

Sectio 4a

Proponitur et probatur 3a conclusio.

Tertia: peccatum potest remitti sine retractatione peccatoris. Probatur 1o: peccatum est iniuria, seu offensa Dei; sed haec potest remitti sine retractatione peccatoris, ut patet in humanis offensis, quae sic remitti possunt: si enim quis alterum offendat, vel in honore, vel in pecuniis, et alter remittat, qui offendens retractet offensam, ad nullam satisfactionem, vel retractationem tenetur, eo quod per remissionem offensi, offensa sit remissa vel extincta: ergo sine retractatione peccatoris potest Deus remittere peccatum. Nec valet disparitas desumpta ab eo, quod in creatis per ipsam remissionem intrinsece immutetur remittens; non vero, quando Deus remittit. ideoque necessaria est retractatio peccatoris, per quam intrinsece mutetur. Non inquam valet; quia disparitas est nullius momenti ex dictis sect. 2a a conclusione 3a est 1o.

Quaeres primo,

Alij dicunt peccatum esse etiam iniuriam et offensam contra rempub. rationalem, et secundum hanc rationem non posse tolli per extrinsecam Dei remissionem, sed nonnisi per intrinsecam peccatoris retractationem. Sed contra est 1o, quia multa sunt peccata quae non sunt iniuria, neque offensa contra remp. rationalem, illa nimirum in quibus quis non advertit se offendere rempub. rationalem; qualia sunt fere omnia peccata; vix enim ullus est, qui dum peccat, memor sit talis reipub: ergo saltem huiusmodi peccata poterunt a Deo remitti per extrinsecam remissionem: siquidem non sunt offensae contra rempub. rationalem, ob quam offensam solum requiritur peccatoris retractatio. Contra est 2o, quia hinc sequitur, peccatum non remitti per infusionem gratiae, secundum quod offensa est reipub. rationalis, sed solum secundum quod est offensa Dei; et hoc falsum est: siquidem gratia mundat animam ab omni eo, quod habere [illegible] rationem peccati, illudque radicitus evellit: ergo eo ipso, quod haec remittat peccatum secundum quod [illegible] offensa est, id etiam remittit secundum quod est offensa

Contra tempus, realis. Maior patet, quia offensa adversus aliquem tunc to[llitur] extinguitur, l. remittitur quando pro ea offerenti condigna satisfactio, l. offensus ip[se] sic gratis remittit; at quia non est condigna satisfactio pro peccato, ut est offensa contra tempus, realis; quia istam tenetur habenti gratiam statum, sui offens[am] remittere, et nec partis persona, quae adhuc abhaerente gratia Dei potest exigere satisfactionem offensae contra sui honorem, l. pecuniam. Nec [?] in super quia est liberalis remissio, quam respectus realis remittat sui iniuriae; quia non est liberalis actus, qualis debet esse liberalis remissio. Ergo hinc sequitur peccatum non remitti per infusionem gratiae, saltem quod offensa est respectus realis.

Quod si dicas, eo ipso, quod Deus, qui causa est respectus realis gratiae infundat, et per eam peccatum remittat, ut est sui offensam, praesumit tempus realis idem remittere, ut est quod sui offensa, eo quod ipse teneatur se conformare cum nostra causa. Similiter dicendum erit, eo quod Deus peccatum remittat, sive per gratiam intrinsecam, sive per extrinsecam, ipso condonando praesumit tempus realis idem condonare; quia hic semper, et omni eventu se debet cum nostra causa conformare.

Contra est 3o: quia sicut Deus sui iniuriae, sive offensam potest remittere sine ulla peccatoris retractatione, ita etiam potest respectus realis; quia hic non est deterioris conditionis, quam persona privata, quae sic potest remittere: et si Deus, et tempus respectus, remittant peccatum, quod est tam sui offensa, etiam quod est offensa respectus realis potest remitti sine retractatione peccatoris, quod in praesenti contendimus, scilicet peccatum secundum totum, quod importat, posse remitti sine illa retractatione.

Contra est 4o; quia quidquid sit de hac offensa adversus realis tempus, Deus illius perfectissimus dominus est, et omnium iurium, de quibus potest pro libito disponere; at respectus realis sine retractatione peccatoris potest sui offensam remittere, quia quadam potest persona privata: ergo et Deus dominus, et arbiter omnium realis

ṗquě, ac hęc pōt disponere..

Pr. 2°. Iclūo: eatenus requirit ad remissionem peccati retractatio peccatorum, q. nus peccatum ē voluntarium, et hoc tamdiu moraliter perseuerat, quamdiu ñ retractat, et ñ ēē voluntarium moraliter perseuerat, donec retractet. p. lt peccatum fuerit voluntarium, et ca. vice ñ fuerit retractatum, ñ o[ste]rea moraliter perseuerat: ḡ sine retractaōe poterit moraliter ñ perseuerare, et consequenter remitti, sive tolli. Probatur minor: q̄ī, si aliquis [illegible]

[illegible]

q̄ si aliquis [illegible], aut quatuor abhinc mensibus voluerit [illegible], habuitq. attritionem peccatorum, lt hęc voluntates expresse ñ retractauerit, hodie moraliter ñ perseuerant, nec sī dispoēs sufficientes ad [illegible], ex fructu Sacramenti: ḡ ñ ēē voluntarium moraliter perseuerat, donec retractet.

Cfir. 1°: quantumuis quis p. actus cōīs, siue contritionis, siue attritionis retractet peccatum, hoc ad. nunc moraliter perseuerat; alioquin p. eos actus attritionis, l. contritionis iustificaret: siquidem ex Parentis providentia quicumque, in quo peccatum ñ ē, iustus ē; et hoc ēēt; alioquin minus rep. [illegible] iustificari, quod Pelagianum ē: ḡ retractatio peccatorum [illegible] se p. accens se habet, ut maneat, l. ñ maneat moraliter peccatum. Cfir. 2°: pōt Deus de pōa absoluta infundere gratiam peccatori, nulla huius interueniente retractaōe; in hoc enim nulla ē repugnantia; nec aliquid prohibet talem gratiam infundi à Deo peccatori dormienti; et hunc remisit illius peccatum: q. gratia, et peccatum saltem de pōa ordinaria ñ possunt cōponi: ḡ sine retractaōe peccatorum pōt peccatum remitti.

Nec satisfacies dicendo, gratiam ēē retractatem peccati, eo quod ea efficiat [illegible], et [illegible], quas deordinauerat peccatum. ñ inquam satisfacies 1°; q. gratia ñ ē retractatio ipsius peccatoris, et in casu confirmationis ē effectus solius Dei, sine dispoē peccatoris: ḡ [illegible] huius retrac-

retractare pot peccatum remitti. Vo quia gratia non est formalis retractatio peccati, et ad summum virtualis, quatenus afferat principium retractationis supernaturalis; et huiusmodi retractatio quasi accensus rehet ad remissionem peccati; quod eo habet, quia quod habet auxilia parata a Deo, ut retractet peccatum; nec tamen propterea [illegible]: alioquin deus peccatores iusti sunt, qui habeant auxilia ad poenitentiam, et retractationem peccati: ergo sine hac pot remitti peccatum. Sectio 5a argumentum, in dictum soluta.

Sectio 5.

Argumenta in contrarium Soluta.

Argumentum 1um: quod immediate non procedit a voluntate Dei, hoc sola Dei voluntate non pot tolli: et peccatum non pendet immediate a voluntate Dei, et solum a voluntate peccatoris: ergo sola voluntate Dei non pot tolli. Confirmatur: quoties manet causa adaequata alicuius effectus, ita ut nullo modo mutetur, manet effectus; et adaequata causa peccati est voluntas peccatoris: ergo quandiu illa non mutetur tandiu manet peccatum.

Respondeo concessa maiori distinguo minorem: peccatum non dependet a voluntate Dei tanquam obiectum per ipsum volitum, aut amatum, concedo minorem: tanquam obiectum ab ipso non remissum, vel non remissum, nego minorem. Itaque peccatum, sicut ita non dependet a Deo tanquam obiectum volitum, quia Deus non vult peccatum, et sola creatio; ut tamen actuale peccatum sit, dependet ab eo, quod Deus illud permittat; quia nisi Deus illud permitteret, peccatum non esset. Praeterea peccatum habituale, ut tale sit, dependet ab eo, quod illud Deus non remittat; quia nisi Deus illud remittat, non erit. En quomodo peccatum actuale, et habituale dependent a Divina voluntate, ideoque per eam potest tolli per illam.

Ad confirmationem distinguo maiorem: quoties manet causa adaequata alicuius effectus, ita ut nullo modo neque physice neque moraliter mutetur, manet effectus, concedo maiorem: non mutetur physice, sed moraliter, nego maiorem. Cum itaque per Dei remissionem moraliter mutetur

meretur voluntas peccatoris: siquidem posita remissione ipsum non est voluntas peccativa, quae ante illam peccativa erat, unde ad ipsum cessare effectum, qui peccatum est, per mutationem non physicam, sed moralem causae. Et quidem sufficere hanc mutationem moralem in causa, ut eius moralis effectus cesset, patet, quia alteri bona, vel pecunias abstulisti; huius enim ablationis, sive voluntatis auferentis effectus moralis est obligatio restitutoria, quae cessat, eo ipso, quod offensus remittat hanc obligationem, per quam remissionem, et non physice, moraliter est mutata voluntas auferentis.

Argumentum 2o: tandiu peccatum habituale manet in ratione talis, et in ratione maculae, quandiu manet voluntarium: nam hoc est fundamentum moralitatis sive boni, sive mali; sed tandiu manet voluntarium, quandiu non retractatur, ergo peccatum non potest tolli nisi per retractationem peccatoris. Minor patet, quia voluntarium non potest alio modo tolli, nisi per retractationem; nam adhuc per remissionem physicam non tollatur. Confirmatur; quia peccatum non solum privat hominem conversione ad Deum, ut ad finem supernaturalem, sed etiam, ut ad finem naturalem; sed dum homo non retractat peccatum manet privatum conversione ad Deum, ut ad finem naturalem; nam maneat aversus, ergo conversione ad Deum, ut ad finem naturalem: ergo donec retractet peccatum manet peccatum.

Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem: tandiu manet peccatum, quandiu non retractatur, vel physice, vel moraliter, concedo minorem: quandiu physice non retractatur, physice, nego minorem. Et ergo, quando Deus remittit peccatum per meram extrinsecam condonationem, peccator physice nihil ponat, ideoque physice non retractet peccatum, ipsa condonatio est moralis retractatio peccatorum; quia per illam se gerit Deus ergo peccatorem, ac si ipse retractasset peccatum: ipsum enim non odit peccatorem propter peccatum, quinimo hoc illi dum applicat, quod malum est peccatori, quod odium peccati, nam moraliter intrinsece afficiat peccatorem, nullaque sit maior retractatio peccati, quam eiusdem odium, requiritur peccatum ipsum non manere in ratione voluntarii, et consequenter nec in ratione peccati.

Quod si inquies, hoc odium peccati non est odium

non esse odium, quo peccator odit peccatum, et quo Deus illud odit, ergo post adhuc manere peccatum voluntarium peccatori. Resp. odium hoc esse odium, quo peccator, licet non physice, moraliter non odit peccatum, ideoque iam moraliter non est voluntarium peccatori. Deus ergo, ut pote caput omnium creaturarum rationalium earum voluntatem in se moraliter continet, proindeque pro libito potest pro eis earum voluntaria reddere involuntaria, et ita irrita reddere, ac si nunquam fuissent. Quod etiam potest tutor erga pupillum, ut voluntaria eius, et contractus irritare. Nam quod voluntas pupilli in eius voluntate; ergo potiori iure potest Deus, qui omnes creaturas rationales, cum capitulus et superior earum voluntates in se continet, poterit pro libito pro eis disponere.

Ad confirmationem concedo maiorem, et distinguo minorem: dum homo non retractat neque physice, neque moraliter manet privatus, concedo; concedo minorem: dum licet non retractet physice, retractat tamen moraliter, manet privatus, nego. Cum itaque ut vidimus remissio peccati sit moralis retractatio peccati, et non esse peccati, fit inde, quod si peccatum tollebat conversionem ad Deum ut finem naturalem, remissio peccati, quae est non esse peccati, et moralis illius retractatio ponat conversionem hominis ad Deum ut ad finem naturalem, licet homo non retractet physice peccatum; non ergo manet moraliter sine conversione ad Deum ut ad finem naturalem.

Arguunt 3o peccatum est forma intrinseca subiecto; at forma intrinseca non tollitur a subiecto, nisi per aliquid sibi intrinsecum, sive positivum, sive negativum: ergo cum tollatur sine infusione gratiae, necesse est tolli per retractationem peccatoris, cum non sit aliud intrinsecum, quod possit tolli. Maior probatur quia peccator intrinsece talis est, et non extrinsece a peccato existente in alio: ergo est forma intrinseca.

Resp. distinguo maiorem: peccatum actuale est forma intrinseca subiecto, omitto maiorem: peccatum habituale

habituale esse formam intrinsecam, subdistinguo, moraliter, concedo maiorem; physi-
ca nego maiorem. Itaque peccatum habituale cum sit peccatum actuale
preteritum, siue quod physice preterijt, de presenti nihil physicum est, sed solum
morale, ideoque tollitur per aliquid morale moraliter intrinsecum, qualis
est condonatio extrinseca, siue remissio peccati, quae diximus esse mo-
raliter intrinsecae retractationis peccatoris. Minor autem peccatum actuale
esse formam physicam intrinsecam subiecti; quia plura includit solum moraliter
intrinseca, et physice extrinseca, ut libertatem, legem, cui opponitur, et alia, sed
ratione quorum potest negari peccatum actuale esse formam physicam physice in-
trinsecam peccatori.

Argumentum 4um: peccatum includit conuersionem inordina-
tam ad creaturam; sed conuersio inordinata ad aliquod bonum non tollitur
nisi per auersionem ab eodem: ergo neque peccatum tollitur nisi auersione
a creatura, quae est retractatio peccati. Probatur; quia religiosus, qui hodie vo-
uit obedientiam crastinam, cras censetur in eadem voluntate habituali-
ter manere, donec eam retractet: ergo peccator semel inordinate se
conuertens ad creaturam censebitur in eadem voluntate habitualiter mane-
re, donec eam retractet.

Respondeo concessa maiori, distinguo minorem: sed conuersio
inordinata ad aliquod bonum non tollitur nisi per auersionem, vel physicam, vel mora-
lem, concedo minorem: non tollitur nisi physice per physicam auersionem, nego
minorem. Per remissionem enim peccati moraliter auertitur peccator
a creatura; quia ea remissio est in Deo odium peccati, ideoque non est conuer-
sionis inordinatae ad creaturam, cum aliunde, ut diximus, odium hoc
sit intrinsecum moraliter peccatori per id auertitur a creatura. Ad
probationem distinguo antecedens: religiosus, qui hodie vouit crastinam obe-
dientiam et si cras tantum physice, quia moraliter manet immutatus,
censetur manere in eadem voluntate habitualiter, concedo antecedens: si
vero moraliter mutetur, nego antecedens. Mutabitur autem moraliter, si cras
iniusto die censetur, vel [illegible] voti [illegible] fiat ipse iniuriosa, antimedialis;

tunc enim non manet obligatio voti, in qua moraliter perseverabat voluntas obedientis, ideoque ipsa ea voluntas neque physice, neque moraliter perseverat; sicut neque moraliter, neque physice manet peccatum praeteritum post remissionem, quae tollit odium Dei in peccatore, in quo moraliter perseverabat.

Arguunt 2°: actus bonus praeteritus reddit hominem moraliter bonum donec retractetur, neque eius bonitas moralis potest tolli per extrinsecam alterius voluntatem; et eadem est ratio de actu peccaminoso: ergo mallitia moralis peccati nequit tolli sine retractatione peccatoris. Minor probatur; quia uterque eodem modo se habet, nisi quod unus sit bonus, et alter malus, quod ad diversam perseverantiam moralem nihil refert: ergo eadem est utriusque ratio. Confirmatur; quia Sanctus Thomas impossibile est remissio peccati absque infusione gratiae. Et inquisitio licet peccatum possit tolli sine sacramento poenitentiae, tolli non potest sine virtute poenitentiae, quae est retractatio peccati: ergo sine hac et infusione gratiae non potest tolli peccatum.

Respondeo negando maiorem; quia si actus bonus physice transierit, neque illius ullus maneat effectus, non potest intelligi, quomodo ratione moraliter maneat in ratione boni, et voluntarii, reddatque subiectum bonum, etsi physice non sit retractatus. Si vero actus maneat moraliter eo quod ratione illius Deus aliqualem complacentiam exerceat per subiectum, ut revera ratione complacentiae potest manere, eo ipso, quod Deus à tali complacentia cesset, actus bonus non manet moraliter, bonitasque illius tollitur per mere extrinsecam voluntatem alterius. Ad confirmationem respondeo Divum Thomam loqui de potentia ordinaria, et praesenti providentia, in qua Deus id verum est; non de potentia absoluta, et alia providentia, in qua quod procedit. Sectio 6a 3a conclusio proponitur, et defenditur.

Sectio 6a

3a Conclusio proponitur, et defenditur.

3a in praesenti

3º inferi[tur] ex hac difficultate Deum dimittere peccatum posse remitti sine mera condonatione extrinseca. Probatur: si aliquid requireret, praeter eam ad remissionem peccati, vel esset gratia habitualis infusa, vel retractatio peccatoris, cum nihil aliud intrinsecum possit excogitari ex parte peccatoris simpliciter necessarium ad remissionem peccati; sed horum neutrum requirit, ut ex hucusque dictis constat: ergo remissio peccati potest fieri sine mera extrinseca condonatione. Confirmatur: quia ut ex quaestione praecedente constat gratia, et peccatum possunt deponi absolute a personis; et adhuc deinde potest Deus peccatum remittere siquidem illud excipit gratia: ergo sine mera extrinseca condonatione alioqui stante gratia intrinseca subiecto opponeret alia gratia intrinseca ad remissionem peccati.

Sed obiicies 1º plausibile satis inter scholasticos argumentum: condonatio extrinseca nihil aliud est, quam actus Dei, volens condonare peccatum, sive decernens, ut non esse peccatum; nihil enim aliud potest excogitari, in quo haec extrinseca condonatio consistit; sed huiusmodi actus est impossibilis: ergo et mera condonatio extrinseca peccati. Minor probatur: impossibilis est actus voluntatis sine persona, et nihil aliud habens pro obiecto, quod ipsum terminus patet ex terminis, constat ex intrinseca actu, qui requirit sine persona nihil aliud habere pro obiecto; sed talis esset praedictus actus: ergo huiusmodi actus est impossibilis. Minor probatur: quia talis actus haberet pro obiecto non esse peccati, quod nihil aliud est, quam ipsa condonatio peccati. Confirmatur 1º; iam frustra nimis est esse condonationem, et non esse peccatum; alioquin enim peccatum immediate, et frustra nimis non tolleret condonationem, sed condonatio vult non esse peccatum: ergo se ipsam vult. Confirmatur 2º: peccatum habituale, de quo specialiter loquimur, quod praecedit, consistit praeter, quod aliquando fuerit sine negatione actualis condonationis satisfactionis, et negatione condonationis; sed condonatio non vult peccatum aliquid non fuisse; alioqui vellet aliquid impossibile. Neque vult non esse negationem condonationis satisfactionis, alioqui vellet ponere condonationem satisfactionis, quod falsum est, cum haec non ponatur praeter quam peccatum hanc tollere, et non esse condonationis merae extrinsecae: ergo talis reputatur condonatio velle non esse negationem condonationis; atqui negatio condonationis

n̄ eē, ē ipsū condonatus eē: quod condonāo extrincavult seipsū eē, et nihil aliud.

Atque hoc latissimè versat nr̄s Cardinalis de Lugo de poenitentia disp. 2. sect. 9. variasque illius solutiones satis ingeniosē impugnat, cuius facili, et clara solutiē suppono duplicem eē condonatum, aliā directam, siue in actu exercito, aliā reflexam, siue in actu signato. 1am eē, per quam immediatè, et formaliter tollitur peccatum, ut cuius negatio constituit peccatum: 2am eē, per quam reflexè Deus vult hanc exercitam, et directam condonationem peccati. Quemadmodum in nobis ē duplex amor, v.g., unus, quo directe, et exercitè amamus Petrum per quem immediatè, et formaliter tollitur negatio amoris Petri, et alter, quo reflexè, et in actu signato amamus amicum Petri, et per quem formaliter, et immediatè n̄ tollitur negatio amoris Petri: similiter in Deo ē duplex condonatio peccati, directa una, quâ exercitè tollitur peccatum, et alia reflexa lata ad hanc directam, quā reflexè amat hanc directam; ista ergo reflexa immediatè, et formaliter n̄ tollit peccatum.

Condonatio directa, et exercita ē actus quidam Divinæ voluntatis, quo Deus n̄ solum suspendit odium Petri propter peccatum, verum etiam odit peccatum, quia malum ē Petri: eo enim ipso, quod Deus suspendat odium Petri propter peccatum, et odiat peccatum propter malum, quod infert Petro, intelligitur exercitè condonare peccatum, et directè illud tollere; sicut humanus exemplo, quod aliquis alterum ratione iniuriæ sibi illatæ n̄ oderit, et potius oderit iniuriā, quatenus malum ē iniurianti; censetur condonasse iniuriam, nec aliud tenet, ratione praecepti evangelici praecibentis remissionem iniuriæ: similiter Deus per aequivalentem actum intelligitur remittere iniuriam sibi factam, siue condonare peccatum.

Reflexa vero condonatio ē actus alter Divinæ voluntatis, quo Deus vult praedictum actum directum, qui reflexus

reflexus dicitur, eoquod respiciat tanquam obiectum actum voluntatis; non enim est in summulistis actum tractum ad actum eiusdem potentiae esse actum reflexum, v. g. cognitio cognitionis, volitio volitionis existentis in eodem subiecto. Adiungo 3º, remissio directa tendit ad peccatum, et ad Petrum v. g.; eoquod sit odium peccati ut malum est Petri. Condonatio vero reflexa tendit ad solitum odium. Unde condonatio non habet pro obiecto et una condonatio habet pro obiecto aliam, et hoc peccatum, et Petrum; et quoniam utraque est condonatio, inde nihil aequivocatio, quod condonatio habeat pro obiecto condonatum, et condonatam seipsam.

Hinc igitur facilis est solutio ad argumentum supra positum, cuius maiorem distinguo: condonatio reflexa nihil aliud est, quam actus quo volens condonare Deo, concedo maiorem: condonatio directa, nego maiorem. Item quia haec directa condonatio est odium peccati, in quantum est malum Petri, potest, quia condonatio directa, non est involuntarie volens condonare destruere, vel non esse peccati. Unde nego minorem. Admitto propterea omitto maiorem, quam disputare non vacat, et nego minorem, quia licet praedictus actus habeat pro obiecto non esse peccati, cum tamen peccatum non destruat, pro negatione condonationis reflexae, et pro negatione condonationis directae, requiritur actus volens destruere peccatum, non retrahens pro obiecto, et habens pro obiecto condonationem directam.

Ad 13. distinguo maiorem: idem formalissime esse condonationem directam et non esse peccatum, concedo maiorem: idem formalissime esse condonationem reflexam, et non esse peccatum, nego maiorem; haec enim reflexa condonatio non est esse peccati et amor inferens, sicut actus reflexus, quo volo amorem obiecti non est non esse negationem amoris obiecti, et amor inferens tale non esse. Et distinguo minorem: condonatio reflexa vult non esse peccatum, concedo minorem: condonatio directa, nego minorem, quia haec formaliter solum est odium peccati, quod formaliter quidquid consumat de destructione condonationis, sive non esse peccati, quae omnia conveniunt pro obiecto odium expressum peccati.

Ad 14. distinguo maiorem quoad ultimam partem: peccatum destruitur pro negatione condonationis

directæ, & eadem maiorem: quia negatio donationis reflexæ, neque maio-
rem, quia + & distinguo eam: illud restat donatis velle non esse negatio donationis directæ, & eadem esse: non esse negatio donationis reflexæ, nego conse-
quentiam. Itaque cum per huius negatio non distinctionis peccatum, potest velle non esse peccatum, quod seipsum velit, et illud donatio directæ. Concedo deinde mino-
rem subsumptam, et nego consequentiam. quia donatio reflexa non vult seipsum enun-
tiare, et exigere donatio directa, quod, cum utique notavit, dicatur donatio, et contra donatio velit donatio videtur eadem ... incon-
vationis donatio velle seipsum, cum ... non seipsum velit, et reflexa ve-
lit directam, quod formaliter, vel virtualiter est alia a reflexa.

Obiicies tan-
dem: si ex eo, quod peccatum habitualis distinctionis per negatio donationis
inferimus posse Deum per mera donatio tollere peccatum, infertur etiam De-
um esse causam per se peccati habitualis; et hoc falsum est, cum Deus nullius pe-
ccati sit causa per se: ergo falsum est, Deum posse tollere peccatum per meram
ordinem donationis. Distinguo maiorem quia causa per se alicuius distinctionis est
causa per se distinctionis ut in hoc causa per se hominis ex parte, quod
sit causa per se unionis, quae est una ex distinctionibus hominis; et si peccatum
distinctionis per negatio donationis, Deus erit causa per se alicuius di-
stinctionis peccati, cum hoc negatio sit a Deo tanquam a causa per se, cum
non habeat aliam causam per se: ergo Deus erit causa per se peccati, sibi
distinctionis per negatio donationis.

Confirmatur: ab eadem causa, a qua
est per se actus positivus liber est etiam omissio libera, sive negatio ac-
tus eiusdem, ut in omissione voluntaria audiendi sacrum; et re-
missio peccati est a Deo tanquam a causa per se, siquidem nullus alius
praeter Deum potest remittere peccatum: ergo negatio remissionis peccati est
a Deo tanquam a causa per se. Confirmatur 2°: odium Dei in peccatorem est unum
ex his, quae claudit negatio remissionis, sive donationis; et odium
Dei est a Deo ut a causa per se: ergo negatio donationis est a Deo ut

à Deo ut à causa per se. Cum ergo hoc sit unum ex constitutivis peccati habitualis, sequitur eadem illius peccatum habituale esse à Deo ut à causa per se.

Inprimis hoc argumentum impugnat constitutivum peccati habitualis, quod hic supponimus, potius, quam disputamus. Deinde solvendum ab omnibus est in peccato actuali; quia si id consistat in positivo necesse est partes eius positivas saltem diuinitus esse à Deo, quales sunt entitas physica actus, et lex positiva illum prohibens, respondetur, per quam rationem non sint à Deo, cum omnia eius constitutiva sint à Deo; si à peccatum consistat in negativo, quod cuique illud sit eadem est difficultas; quia non alia ratione peccatum est à creatura, nisi quatenus positivum eius est à creatura; et idem positivum etiam est à Deo: ergo et peccatum erit à Deo, Deus ergo erit causa per se peccati: respondetur ergo quamrationem cum positivum peccati sit à Deo, et à creatura; negativum autem neque sit à Deo, neque à creatura; quia cum negativum nihil sit, non indiget causa per se: respondetur in quo, quamrationem Deus non sit causa peccati, sit vero creatura.

Secundo his praeterminissis, ergo ad argumentum nego maiorem; ad cuius probationem distinguo maiorem: causa per se alicuius constitutivi in causis naturalibus est causa praedicti, concedo maiorem: in causis liberis, nego maiorem. Itaque ut causa libera sit causa per se alicuius effectus non satis est concurrere ad praedictum effectum, imo neque ad totum effectum, sed alterum unum ex duobus requiritur, vel intendere effectum, vel teneri saepe aliqua ad illum impediendum, ut patet in eo, qui necessitate compulsus per mutuationem peccati vxorem offert vxorario, hic enim concurrit cum eo ad eius peccatum, nec tamen est causa per se illius, quia non intendit dare peccatum, sed propria necessitate compellente: neque insuper tenetur, in his circumstantiis impedire peccatum vxorarii, quod patet etiam innumeris compluribus exemplis.

Cum ergo Deus, sive concurrens immediate ad peccatum actuale, sive constituens per negationem conditionum peccatum habituale, neutrum malitiae intendat, neque impedire teneatur, quam-

mo concurrendo ad actuale satisfaciat muneri causae universalis debentis ad omnia concurrere, et respondendo condonandus utatur iure suo adversus causas, inde est, neque actualis, neque habitualis peccati esse causam per se: solum quod, creata est causa per se peccati; quae, cum malitiam intendit, vel tenetur illam impedire, quod donat Tridentino sess. 6 can. 6 ubi ait: *si quis dixerit non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera ita ut bona Deus operari non permissive solum, sed etiam proprie, et per se, adeo ut sit proprium eius opus non minus proditio Judae, quam vocatio Pauli, anathema sit.* Ubi Concilium plura docet contra illos, qui hoc ipsum dicunt peccatum, ideoque esse causam illius. Nam peccatum non est opus proprium Dei, hoc est quod ab illo specialiter procedat, vel illud intendendo, vel non impediendo, cum impedire teneatur, ideoque non est causa per se illius. Sed operum bonorum est causa per se, quia illa intendit, media exhibet, et cooperatur. Ergo opus malum, sive peccatum minime proprium est opus Dei, quam opus bonum.

Hinc fit, non omnem Dei causalitatem in peccato negari a Concilio, et solum illam, quae est causalitas per se, ratione cuius posset peccatum non minus proprie tribui Deo, quam opus bonum. Non enim negat in peccato causalitatem aliam, quae huiusmodi non sit, ut causalitas per accidens, qualis est concursus, quem exhibet in peccato actuali, ut per hoc satisfaciat muneri causae universalis, sive qualis est, quam praestat in peccato habituali illud non condonando, ut utatur iure suo, quod habet adversus reum.

Sed dices: quod Deus erit causa per accidens peccati: ergo et simpliciter causa peccati: siquidem causa per accidens causa simpliciter est, cum vere influat in effectum: ergo et proprie causa peccati: cum causa simpliciter proprie causa sit: ergo Deus absolute et sine addito est causa peccati; quod probatur, quod simpliciter convenit subiecto absolute et sine addito de illo enuntiatur. Respondeo concedendo [illegible] consequens modo explicato, distinguendo [illegible], quod bene ibi fit, cum addito per accidens, et concedo consequens,

3.º cum eodem addito per accidens negasti, nam plurimi certi, citius [illegible] distinguunt: partim, quod simpliciter dicunt e ubi, ubi est, et sine addito de illo enuntiatio, quod enuntiatio non sapit haeresim, concedo aut, quod enuntiatio sapit haeresim nego aut. Ita itaque, verum sit suo explicato. Deus est causa simpliciter per accidens peccati, dicendum non est absolute, Deus est causa simpliciter peccati; quia haeretici, dum dicunt, Deus est causa per se peccati, illud in nobis sine nobis efficere, addi, sed nos cogere, et incitare per se ipsos. Deus est causa peccati, se explicant, quod systema theologus catholicus debet repellere ne verbis consentiat cum haereticis, quod intra adeo discedit ab illis.

Ad 2.º argumentum confirmatio concedo totum, in quo nihil contra nos. Ad 2.º concedo etiam negationem condonationis esse a Deo ut a causa per se causante, qualitercumque actus sit a Deo, ut a causa per se, sive virtualiter, quod etiam intelligendum est in 1.ª confirmatione. Nego tamen hinc sequi Deum esse causam per se peccati actualis; quia causa per se constitutiva in causis liberis, id est causa praedeterminati, quod constitutio intendit, licet tenetur vitare constitutionem, ut satis explicatum est in responsione ad argumentum. Sectio 2.ª Conclusiones non nullae ex dictis deducuntur.

Sectio 2.ª

Conclusiones non nullae ex dictis deducuntur.

Sit 1.ª Conclusio: peccatum actuale in eo instanti, in quo physice est, potest remitti a Deo, ita P. Ripalda et alii, nobiscum P. Rivas, P. Suarez, etc.; quia tunc remittitur peccatum, quando condonatur ratio iniuriae, et ratio offensae, quae in eo est contra Deum; sed in instanti, in quo est peccatum actuale physice, potest Deus condonare rationem offensae, et iniuriae, quae est contra eum; siquidem potest in eodem instanti reconciliari sibi peccatorem, et ineius poenam punitionem, cum nihil repugnantiae exhibeat: ergo peccatum actuale in eo instanti, in quo physice est, potest a Deo condonari.

Obiicies 1.º in instanti, in quo est peccatum physice, potest Deus

displicere, quod malum est peccatori, et quod Deo tribuit quantum est de se ius ad odio prosequendum peccatorem, et ad eundem in aeternum puniendum; et hoc est condonare peccatum, et remittere: ergo peccatum actuale in eo instanti in quo est physice potest a Deo condonari. Confirmatur: quia in eodem instanti, in quo est physice actio iniuriosa contra aliquem, potest iste illam remittere, v.g. in instanti, in quo quis a Petro invito rationabiliter aufert pecuniam, vel honorem, potest Petrus eidem condonare obligationem satisfaciendi, et cedere iuri, quod habet ad exigendum condignam satisfactionem: ergo et Deus in eodem instanti, in quo peccatum actuale committitur, potest illud condonare.

Sed dices 1°: repugnat in eodem instanti esse peccatum, et non esse peccatum; at si remitteretur in eodem instanti, in quo est, esset et non esset in eodem instanti: ergo repugnat in eodem instanti, in quo est, remitti. Minor probatur; quia imprimis esset, ut supponitur, deinde non esset; quia peccatum condonatum non est peccatum: alioquin iniusti, quorum peccata sunt condonata, adhuc essent peccata: ergo si peccatum remitteretur in instanti, in quo est, in eodem instanti esset et non esset. Respondeo concessa maiori, nego minorem quoad 2am partem; ad cuius probationem distinguo antecedens: peccatum habituale condonatum non est peccatum, concedo antecedens: peccatum actuale, dum actu est, nego antecedens. Ratio huius est, quod peccatum actuale consistit in hoc, quod sit actus liber contra legem Dei quidquid sit de condonatione, ideoque dum actu est physice, sive condonetur, sive non, peccatum actuale est; at vero peccatum habituale intrinsece connotativa affectum condonationis negative; ideoque, posita hac tollitur.

Dices 2°: remissio peccati est remissio iniuriae, vel offensae contra Deum; hoc enim est quod Deus per se primo remittit, quando peccatum remittit, et concomitanter obligationem ad poenam totalem, vel partialem; at repugnat, in eo instanti, in quo physice est offensa, vel iniuria esse eiusdem remissionem: ergo repugnat peccatum actuale etc. Minor probatur; quia esset et non esset; esset enim ut supponitur, et non esset, quia iniuria, vel offensa tollitur per remissionem. Respondeo distinguendo maiorem

remissio peccati est remissio offensae a dignitate, nego maiorem: conditionate talis, concedo maiorem. Itaque actuale peccatum ut offensa Dei est, quatenus Deo tribuit ius proprium puniendi odio peccatoris, quod non in eo instanti, in quo physice est, Deus statim tunc cedat, ut per condonationem cedit, peccatum non est iniuria actualiter, et tantum conditionate. Et hinc distinguo minorem. Reponat in eodem instanti in quo est actualiter iniuria, et eius remissionem, nego minorem: in eo instanti, in quo conditionate, nego minorem. et sic enim non tollit per condonationem, et impedit ne transeat in actum.

Dices 2do remissio a Deo ratione offensae, etiam est, debere iniuriam et offensam aliquando fuisse; at dum peccatum actuale est, non offensa non fuit, quia supponimus 1o esse, neque ex remissionis est; sicut enim recipit, nec est, nihil quod est, quod remittatur: ergo peccatum actuale in eo instanti in quo est, non potest remitti. Maior patet, quia quod nunquam fuit, non remittitur. Et insuper ratione remissionis modo offensa non est, quia offensa, quae adhuc est vere remissa non est: ergo remitti a Deo ratione offensae est offensam aliquando fuisse.

Resp. nego maiorem; quia remittitur offensa, quae non fuit, et est conditionate; remittitur singularis, quatenus per remissionem impeditur, ne sit actualis offensa, seu iniuria, quare quod nunquam fuit, dummodo sit remittitur, et ratione remissionis, ut maneat offensa conditionate, non tamen permittitur esse offensa actualis: ideoque offensa, quae actu est conditionate, terminat actum remissionis, ratione cuius non est offensa actualiter. Unde concedo minorem quoad 3am partem, ergo quoad 2am, remittitur enim offensa actualis, non quae fuit, neque quae est, et quae esset, nisi remitteretur.

Sit 1a conclusio: peccatum antequam sit, potest a Deo condonari. Probatur: antequam peccatum actuale sit, sive praevidens Deus illud futurum, potest eadem ratione inde ipsi tribuere ius puniendi independenter ad eum peccatoris, et eundem in aeternum puniendi: siquidem nihil prohibet talem cessionem, ergo peccatum

eius adhuc intentionem culpam sit certo verum dari acquisitionem, quam acquirendam; atqui haec condonatio peccati antequam sit, ut patet; nec dicendum est peccatum, et ideo est ratio verum ex peccato resultantium adversus peccatorem, quae certo est condonatio: ergo peccatum antequam sit, potest condonari, sive remitti.

Ad secundum hanc consequentiam eadem ut responsum quaestione 13. Vel: peccatum remissum non esse peccatum, ad quod respondeo non esse peccatum habituale; esse tamen actuale; quia adhuc remissum est actus liber contra legem Dei, dicitur physice ... inimicus, vel offensus remissus non est inimicus, neque offensus: peccatum autem esse offensum, vel inimicum, ad quod respondeo, peccatum, quantum est ex se solum esse inimicum vel offensum conditionatum, nec transire in absolutum, nisi propter impedimentum condonationis. Nam condonatio supponere offensum physice, quod non potest supponere condonatio ante peccatum, hinc respondeo, ita id plerumque accidere, non vero semper; quia condonatio anticipata, hoc est, ad haec supponere ut potius ipsa supponatur ad offensum non absolutum, quam removet, et conditionatum, quam respicit. Quod explicatur exemplo solutionis, quae plerumque supponit debitum, anticipata vero id non supponit, sed removet: v.g. Petrus debet centum aureos solvendos mense Decembri, et nihil debeat mense Januario, si tamen tunc solvat, solutio non tam supponit debitum, quam illud, quod esset, removet, sive impedit.

Dico 2a conclusio: possibilis est remissio peccati, quae neque sit peccati actualis actu physice existentis, neque habitualis habitualiter existentis. Probatur 1a pars: quia Petro peccanti in instanti A potest Deus remittere peccatum in instanti B immediate sequenti, in quo actu physice non existit peccatum actuale; nihil enim prohibet huiusmodi remissionem; atqui haec non est peccati actualis actu physice existentis; supponitur enim actu physice non existere: neque talis est remissio peccati habitualis habitualiter existentis;

q̃ hoc solum habitualiter vincit, q̃do n̄ ē remissium suppositum; aut remissio in 1o instanti: ergo possibilis ē remissio peccati, que nec sit peccati actualis actu physice existentis, neq habitualis habitualiter existentis.

Sed 2o dices: omnis remissio peccati vel ē peccati actualis, vel habitualis; at prdicta remissio n̄ ē peccati actualis, cum in 1o instanti n̄ sit peccatum actuale, neq habitualis, cum in 2o n̄ sit peccatum habituale: siquidem hoc n̄ ē, q̃do illius ē remissio: ergo prdicta remissio impossibilis ē. Resp. dist. maiori, respondeo minorem; q̃ illa ē remissio peccati actualis, n̄ quod actu sit, at quod fuit; peccatum enim actuale de potentia quidem ordinaria n̄ remittitur in instanti, in quo physice ē, at in sequentibus. Deinde ē remissio peccati habitualis, n̄ quod sit, aut fuerit, at quod esset, nisi talis remissio impediret.

Sit 3m dubium: de potentia absoluta, vel de potentia quidem extraordinaria potest Deus unum peccatum sine alio remittere? Resp. affirmative, q̃ potest Deus suspendere odium deceptum adversus peccatorem propter unum peccatum, n̄ suspenso odio decepto propter aliud; q̃ cum actus sint liberi, sine, et interesse indifferenti, potest unum suspendi sine alio; at hoc ē, Deum remittere unum peccatum sine alio: ergo potest Deus unum peccatum sine alio remittere. Probatur minor; q̃ peccatum remittitur, q̃do ratione illius cessat odium, et n̄ remittitur q̃do adhuc ratione illius odium prosequitur adversus peccatorem: sed id ē remittere unum peccatum sine alio.

Confirmatur: potest homo alteri remittere unam offensam, sive iniuriam sine alia, si q̃ e duobus fuerit, unam sine alia: ergo et Deus potest remittere unum peccatum sine altero; eadem enim ē utriusq̃ ratio, cum peccatum sit iniuria, vel offensa adversus Deum. Dixi tamen in conclusione de potentia absoluta, q̃ de potentia ordinaria quidem, cum Deus n̄ remittat peccatum sine infusione gratiae, quae sanctis oppositionem habeat cum omnibus peccatis, nec possit uni, quin

quæ alteri opponat; sequitur, Deum de rigore operando non posse unum sine alio, et omnia, quotquot sunt insulto, remittere debere.

Dico 5º

Conclusio: potest de potentia absoluta peccatum remitti conditionate, hoc est, sub conditione, quod homo illud peccatum iterum non committat; quod si committat remissum peccatum iterum redeat. Probatur: quia peccatum est iniuria, vel offensa Dei, et offensa sub dicto modo potest remitti: ergo potest Deus de potentia absoluta peccatum conditionate remittere. Probatur minor, quia si Petrus centum aureos abstulerit a Paulo potest hic eos remittere sub ea conditione, ne ultra Petrus auferat alios centum, quod si abstulerit, teneatur bis centum restituere, quod est centum primos conditionate remittere: ergo offensa potest conditionate remitti.

Dixi de potentia absoluta, quia de potentia ordinaria, et praesenti quidem ita absolute remittitur peccatum, ut semel remissum nunquam redeat ut docent theologi ex Gelasio Papa de poenitentia dist. 4. canone si illum, ubi ait: Divina clementia dimissa peccata in ultionem iterum redire non patitur quæ doctrina ex Ezechiele 18 desumpta: eius iniquitatum eius non recordabor amplius. Et ex illo ad Rom. 11º: sine poenitentia sunt dona Dei.

Sed contra conclusionem dices 1º: effectus semel destructus non redit, nisi reproducatur iterum; et peccatum remissum est effectus destructus, nec reproducitur, quia in primis non reproducitur a Deo, cum Deus non sit causa peccati: neque a creatura, quia haec idem peccatum non ponit, et aliud: ergo peccatum non potest ita conditionate remitti, ut iterum redeat. Respondeo concessa maiori, negando minorem quoad 2am partem, quia moraliter reproducitur a creatura illud peccatum, dum ponit 2um, sub cuius negationis conditione illud fuerat remissum: siquidem posito 2º tantum valet illud ad nocendum, quantum valeret, si nunquam fuisset remissum.

Dices 2º: stante condonatione non stat peccatum habitualis; hoc enim essentialiter involvit negationem condonationis; et posita

Cemel condonaõe hec semper stat; quia Deus immutabilis est, ergo peccatum semel condonatum numquam reddit. Neo distinguendo maiorem: stante condonaõe absoluta peccatum habituale numquam reddit, concedo maiorem; stante condonaõe conditionata, subdistinguo: stante condonaõe conditionata, et conditione in stat peccatum habituale, concedo maiorem: stante condonaõe conditionata sine conditione, nego maiorem. Itaque sine conditione nihil valet condonatio, ideoque adhuc eum illa stat peccatum; quia peccatum habituale essaliter involuit negationem condonationis absolutae, et ex condonationis conditionatae posita cum conditione, non vero divisae a conditione. Et ergo Deus sit intrinsece immutabilis, eius condonatio potest modo expellere peccatum, modo non; quia ad hoc sufficit mutatio facta in conditione, quae respicit condonaõ, et a qua dependet ut peccatum expellat, vel non expellat. Disputatio 3. de dispositionibus ad infusionem gratiae habitualis, et illius causis.

Disputaõ. 3.

De dispositionibus ad infusionem gratiae habitualis, et illius causis.

Ex iis, quae disputationibus praecedentibus, statuimus, constat esse praesentem, quando Deus gratia infunditur peccatori duplicem fieri in illo mutationem 1.ª a privatione gratiae ad gratiam, 2.ª a peccato ad carentiam peccati. Constat praeterea has mutationes de potentia ordinaria esse inseparabiles; namque nec una est sine altera, non vero de potentia absoluta, cum Deus hanc possit peccatum remitti sine infusione gratiae, vel hanc infundi sine remissione peccati. Insuper ex Tridentino sess. 6. cap. 7. habetur in duplici isto motu consistere iustificationem; quia postquam cap.te 6.º egerat de dispositione ad iustificationem cap. 7. incipit: hanc dispositionem iustificatio ipsa sequitur, quae non est sola peccatorum remissio, sed sanctificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae et donorum, unde homo ex iniusto fit iustus, et ex inimico amicus, ut sit heres secundum spem vitae aeternae. Sed quoniam est dispositio illa, quam iustificatio sequitur, praesenti disputatione nobis inquirendum est. Quaerimus 1.º an ad gratiae habitualis infusionem praecedant in adulto dispositiones aliquae, et quales sint. Sectio 1.ª Quid sit de fide tenenda proponitur.

Quaestio 5.ª

An adquae habitualis infusionis praecedant in subiecto dispositiones aliquae, et quales sint?

Sectio 1.ª

Dubio fide tenenda proponitur.

Sit ... Conclusio: in adulto adeoque iustificando, sive prae habitualis infusionis praecedunt dispositiones aliquae. Ita habetur in Tridentino sess. 6.ª cap. 6. Disponuntur autem ad ipsam iustificationem, dum excitati divina gratia, atque adiuti, fidem ex auditu concipientes libere moventur in Deum credentes vera esse, quae divinitus revelata, et promissa sunt. Post ea fide a praedictis, quae retenere ... numerat dispositiones retenere ex parte voluntatis, ut est timorem divinum ... spem remissionis donandae ... amorem Dei, odium peccati, sive poenitentiae, propositum inchoandi novam vitam, servandi mandata, ac tandem propositum suscipiendi sacramentum, ut Baptismi, seu poenitentiae et cap. ... eius, quae ad iustificationem disponit.

Probatur a ... hac ratione ... Deus unumquodque movet ... et conditionem suam, ut subiectum liberum libere, et ... ; et dum movet adultum a peccato ad iustificationem, movet subiectum liberum: ergo illud libere movet: ... ita movet, ut ipsum removeat; quod liberum ita petit moveri ut ipsum removeat ... in motibus 1.º ... ; quod ex adultis quidam iustificantur, quidam non ... alia ratio, nisi quia quidam se ad iustificationem disponere, quidam non: positis enim auxiliis sufficientibus supernaturalibus, quae Deus ... offert, in cuius libera potestate est ... non consequi: ergo adulti ad iustificationem, sive infusionem gratiae se disponunt. Quae ratio, et confirmatio ... de lege ordinaria; ... quidam infusioni gratiae praecedere in adultis aliquas dispositiones. Adhuc ... de potentia absoluta, ... alia ... providentia potest Deus infundere gratiam nulla praecedente in adulto dispositione, quod in hoc nulla apparet repugnantia.

Hinc ... 13

dispositiones has non esse physicas, sed morales; moralem enim ut opponitur physi-

physico insipienti nihil aliud est quam dispositio libera. Quod si aliud significet, quaestio est mere de voce, eo vel adhuc; quia praedictas dispositiones morales dicimus, cum communi, qui moralitatem in libertate ponunt, vel eam dicunt principium omnis moralitatis; at praedictae dispositiones liberae sunt, ut constat ex ratione, et experientia: ergo morales sunt, et non physicae, physicae inquam prout physicum opponitur libero; non vero prout physicum opponitur existenti vere, et proprie, quia sic dispositiones etiam physicae possunt appellari.

Quaeres, an in parvulis, et perpetuo amentibus nulla dispositio requiratur, ut illis gratia infundatur, et iustificentur; quia sola susceptio baptismi in illis requiritur. Probatur quia omnis dispositio ad iustificationem requisita est moralis, ut ex dictis constat; at praedicti capaces non sunt dispositionis alicuius moralis, cum non possint libere operari: ergo in illis nulla requiritur dispositio. Confirmatur quia si aliqua requireretur, maxime fides, siquidem haec adeo necessaria est, ut a Tridentino, et Patribus fundamentum, et radix iustificationis dicatur; at haec in praedictis non requiritur, cum Tridentinum sess. 7 canone 13 anathematizet eos, qui dixerint, parvulos eo quod actum credendi non habeant susceptio baptismo inter fideles computandos non esse: ergo nulla dispositio in eis requiritur.

Reiicitur 1o Cayetanus merita Christi Domini tanquam dispositionem necessariam ad eorum iustificationem requirens. Sed contra est 1o quia quaestio est de dispositione quae sit propria parvulorum et adultorum dispositio est eorum propria; at merita Christi non sunt propria parvulorum dispositio, sed communis parvulis, et adultis: ergo solutio est omnino extra quaestionem. Contra est 2o quia Sacramentum non est dispositio ad iustificationem parvulorum, sed causa effectiva illius: ergo nec merita Christi, siquidem sunt id, mediante quo Sacramentum causant gratiam: id vero mediante quo causat effectum causa non est dispositio ad effectum, sed causa principalis effectus, vel causa utique effectus. Contra est 3o quia hi non iustificamus eas dispositiones, quae solum divinae, vel simul

ex aliis videlicet infallibiliter iustificatio requiritur: illa nimirum de qua dicit Evidentius hanc dispositionem iustificatio praerequirit; et talia sunt merita Christi; consequenter quae respiciunt etiam parvulos, cum tamen plures non iustificentur: ergo merita Christi Domini non sunt dispositio ad iustificationem parvulorum.

Reedit 2° cum Thoma et nullis antiquioribus dispositionem hanc esse ornatum quendam supernaturalem. Sed contra est 1°; quia huiusmodi ornatus asseritur sine fundo, cum neque ex Scriptura, Conciliis, Patribus, vel ratione deducatur: ergo talis dispositio non est. Contra est 2°; quia formae substantiales naturales exigunt in subiecto dispositiones physicas, et tamen inde deducitur eas exigere formam habitualem, ut sit in subiecto: tum quia haec non est forma substantialis, et accidentalis: tum quia dispositiones physicas ad formas substantiales sensibus ipsis percipimus: ornatus autem supernaturalis [illegible] concedentis per nullum, vel levissimum exstat fundum: ergo neque ornatus iste est, neque per eum parvuli disponuntur ad iustificationem.

Reedit 3° cum Capreolo et Paludano, huiusmodi dispositionem esse characterem, qui in baptismo parvulis infunditur. Sed contra est 1°; quia si character est dispositio ad iustificationem, esset dispositio ultima; non enim est alia in parvulis, ubique infallibiliter infert iustificationem; sed non est ultima dispositio, quia haec ubicumque est, infert formam, cuius est ultima dispositio; cum tamen character non inferat ubicumque est, iustificationem, cum peccatores adulti, etsi sint in peccato mortali, habent characterem baptismi, nec tamen habent iustificationem, nec iusti sunt: ergo character non est ultima dispositio ad iustificationem.

Contra est 2°; quia de potentia ordinaria, et communiter loquendo, ut evidentius forma nunquam introducitur sine ultima eius dispositione; et gratia saepe introducitur per se de potentia ordinaria, et communiter loquendo sine charactere: ergo character non est ultima dispositio ad infusionem gratiae, sive iustificationem. Minor patet quia quotquot adulti

adulti ante susceptionem baptismi in voto illius per veram contritionem justificantur, habent gratiam, hec quod illis introducunt sine caractere, qui nunquam introducitur, nisi per baptismum susceptum in re: ergo gratia semper introduci potest.

Quaeres 2°: quid de caractere in alio potest asseri cum fundamento, nisi esse signum spirituale supernale, et indelebile, quo designantur domestici Christi, idoneique redduntur ad suscipienda reliqua sacramenta, si sit caracter baptismi, vel, quo milites Christi designantur, ut in caractere confirmationis, vel, quo insigniuntur ministri Christi, et dispensatores mysteriorum, sive sacramentorum, redduntur que idonei ad ea conferenda, ut patet in caractere ordinis; ergo sine fundamento asseritur esse dispositionem ad gratiam.

Resolutio 1° dispositio ad infusionem gratiae tamen parvulis, quam in adultis esse dona supernalia, quae semper gratiam comitantur, quod illa accidentia sunt dispositiones ad formam, quibus forma bene, et connaturaliter se habet, nec potest sine illis connaturaliter subsistere, ut patet in dispositionibus naturalibus, quae non alia ratione dispositiones sunt ad formam; sed dona supernalia, quae semper gratiam comitantur ita se habent: accedit 2°, humanae dona, sive virtutes, aut habitus supernales dispositio ad infusionem gratiae; ita docet disp. 4ª de gratia art. 3. §. 1°.

Sed dices: quod ut diximus disp. 1ª q. 1ª sect. 2. habitus supernales physice dimanant a gratia, hoc est ab ea efficienter procedunt, et in ea recipiuntur; et dispositio ad formam non procedit a forma, neque in ea recipitur: siquidem dispositio est prior forma, et id, a quo res procedit, et in quo recipitur, est prius procedente, et recepto, quod ad idem respectu eiusdem non potest esse dispositio, et procedens simul ad invicem esset prius, quod est apprehensione nostra repugnat: ergo dona supernalia non sunt dispositio ad gratiam. Neque etiam verum est, illa accidentia esse dispositiones ad formam, quibus forma bene, et connaturaliter se habet, nec potest sine illis connaturaliter subsistere; quia anima sine se habet in corpore, nec tamen sunt dispositiones

adaeq, et Ideo e de passionibus rei eius, ad quas dispoes non sunt. Ratio ã priori ẽ, quia duo ẽe accentia, quae praecedunt formã, et sine quibus fma ẽe non pot, quae dispoes dicuntur: alia vero ẽe, quae formã subsequuntur, et sine quibus fma ẽe non pot, quae dicuntur passiones, quales non habuit supernaturales in prã, et consequenter non sunt dispoes ad prã. Dicere autem eas habuisse praecedere prã ut non dispoes ad illam, et prã subsequi, ut effectus illius quid absurdum, et impossibile ẽ, ut quaestione 3 videbimus.

Secundo tandem reddi fidem Eclesiae eiusque voluntatem ẽe dispoem ad iustificationem parvuli; quia licet utraque sit phice extrinseca parvulo, moraliter tamen intrinseca ẽ, quod sufficit, ut in eo sit dispo ad iustificationem, quae plurimum habet indolis moralis, quae doctrina videtur ẽe Sanctorum Augni, et Thomae, ut videre est apud P. Valencium tomo 4º disp. 4ª quaestione 3ª puncto 2º; quod maioris ẽ momenti innuitur ã Tridentino sess. 7 canone 13, ubi anathematizat asserentes praestare omitti parvulorum baptisma, quam eos nactus proprio credentes baptizari in sola fide Eclesiae.

Contra hanc explicationem nihil dicendum occurrit, cum bene videatur ẽe contra mentem assertionem docentem in parvulis nullam phicam, vel moralem requiri dispoem ad iustificationem. Verum tamen nos loqui de dispoe propria, et personali parvulorum; non vero de communi, quae quamvis illis personalis non ẽ, est communis totius eclesiae. Sectio 2ª Alia conclusio in re ista tenenda proponitur, et probatur.

Sectio. 2ª.

Alia conclusio in re ista tenenda proponitur, et probatur.

Caeterum ad iustificationem adulti fides ẽ dispo simpliciter necessaria; illa tamen sola non sufficit. Prima conclusio probatur contra exemplis pluribus Scripturae locis: Marci cap. ultimo Qui vero non crediderit, condemnabitur. Et ad Hebreos 11: sine fide impossibile ẽ placere Deo. Proposito Tridentinum sess. 6 cap. 6. fidem tanquam initium

et fundus iustificationis statuitur. Eo quod 13 locus intra dispositiones ad extremam.

Planeque fidem solam ad iustificationem non sufficere, sed ulterius alias requiri dispositiones manifestius est ex testimonio Divino, cuius celeberrimus est Jacobi in Epistola canonica: videtis quoniam ex operibus iustificatur homo, et non ex fide tantum: sicut enim corpus sine Spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Tridentinum sess. 6 canone 9, ubi anathematizat dicentes: sola fide impium iustificari, et nulla alia ex parte necesse esse, eum suae voluntatis motu praeparari atque disponi. Sunt autem motus isti voluntatis illi, quos supra sectione 1 enumeravimus, scilicet timor Divinae iustitiae, spes remissionis donandae etc.

Sed neque quaevis fides, quae est dispositio necessaria simpliciter ad iustificationem. Ideo cum Tridentino sess. 6 cap. 6, est fides, qua creditur vera esse quae divinitus revelata, et promissa sunt. Non enim est inanis illa haereticorum fiducia, qua quis adeo illa firmitudine sibi persuadet, sibi esse remissa peccata [illegible] ut sess. 6 cap. 9, et insuper canone 12 definire idem [illegible], et de iis [illegible] Bellarminus: nam enim [illegible] sufficiant.

Quaeres praeterea: an ulterius ad iustificationem disponens sufficiat credere universaliter, et confuse vera esse, quae Divinitus revelata et promissa sunt. Ideo negative cum communi, quod ulterius necesse est credere esse unum Deum, et esse remuneratorem, quod Apostolus insinuat ad Hebraeos 11: accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quia remunerator est. Quod vero necesse esse credere et nosse mysterium Trinitatis, et incarnationis, plures affirmant: de his tamen agendum de fide [illegible] adhibendus [illegible] sed [illegible] fides non 10. necesse esse credere

explicite fidei mysteria, quae publice in Ecclesia cele-
brantur, multi censent cum D. Thomas: alij excusari mul-
tos ignorantia, praesertim cum deest qui doceat, sufficereque illis cum
baptismo credere, quod credit Ecclesia. Quae opinionem et-
si adhuc solebant improbare, nunc tamen admittunt. Quidem
dicemus, neque carere infinitam Christianorum aliquorum bonorum mul-
titudinem qui de mysterio etiam Trinitatis, et incarnationis vix quidquam
recte nouerunt, imo praecise sentiunt, si interrogentur, potius
credendum dixerim condemnari utriusque partem ob negligentiam docen-
di. hucusque praedictus ... in aphorismis proprio dato anno 1599
de his videatur ... de fide disp. 8.

De ceteris actibus

pertinentibus ad voluntatem haec certa sunt. Est regulariter tan-
quam dispositionem requiri ad iustificationem, quod constat ex Tridentino se-
ssione 6. cap. 6. Secundo constat ex S.S. de timore enim dicitur Eccle-
siastici 1°. Timor Domini expellit peccatum. De spe Mathaei 9°.
Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. De amore Ioannis
remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. De o-
dio peccati sive poenitentia actorum 2°: poenitentiam agite in
remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus Sancti.
De proposito inchoandi nouam uitam. 1° Regum 7°: Praeparate
corda vestra Domino. De proposito seruandi mandata Mathaei
ultimo: docentes eos seruare omnia quaecumque mandaui vobis. Vbi
susceptio Baptismi, vel poenitentiae, eiusque proposito includitur.

Dico 1°, licet videatur, quod primum inter hos actus retinentes ex parte
voluntatis, expresse solum requiri odium peccati conceptum
ex detestatione illius, eo quod sit offensa Dei, si iustifican-
dus personale peccatum aliquod commisit; si uero solum habet pe-
ccatum originale, sufficit ei ad iustificationem amor Dei su-
per omnia efficax, et excludens omnem voluntatem peccandi.

quǣ amor dispoō adeo sufficiens ē ad iustificaōēm, ut adhuc extra sacram. ī in re suscepti illā inferat, ut dicetr in materia de pœnitentia.

Vbi duo notanda sunt. 1ᵘᵐ dispoēs quamlibet ad iustificaōēm in vera dispo. ut, debere ēē supernalē, ut cōstat ex Cōncilio Arausicano, et Tridentino sess. 6ª canone 3. siquis dixerit sine præveniente Spūs Sti inspiraōē, atq. eius adiutorio hōīē credere, sperare, diligere aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificaōis gratia cōferatr, anathema sit. Vbi ly Spūs Sti, et gratia præveniens, et sicut oportet, ex cōmuni theologorum sensu supernalitatē actus significat.

2ᵘᵐ, quod notare oportet, ē eas dispositiones, quæ ultimæ, et efficaces, sine quibus infallibiliter dicerēt iustificaō, debere ēē liberas, ut cōstat ex Tridentino ubi supra canone 4º: siquis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum, et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo vocanti, atq. excitanti quoad obtinendam gratiam iustificationis se disponat, ac præparet: neq. posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil oīō agere, mereq. passive se habere, anathema sit. Vbi ly posse dissentire si velit aperte definit libertatē dispositionum saltē ultimarum ad iustificaōēm. quo 2ª an huiusmi dispoēs sint ex se, et ab intrinseco tales, l. solū ab extrinseca Dei ordinaōē. Sectio 1ª quæstionis expositio, et in ea DD.ᵘᵐ sent.

Quæstio. 2ª

an huiusmi dispositiones sint ex se, et ab intrinseco tales, l. solū ab extrinseca Dei ordinaōē.

Sectio. 1ª.

quæstionis expositio, et in ea DD.ᵘᵐ sententiæ.

Dispoēs ad gratiā quædā sunt remotæ, sive non ultimæ, quædā proximæ, sive ultimæ. Dispoēs non ultimæ sunt illæ, quæ positæ in subiectō non inferunt infallibiliter in subiecto eamdē

tingi aliocui in subiecto pecc. ad quas disponuntur, v. g. actus fidei, et spei, non dispositiones non ultimae ad iustificationem; quia adhuc posita in subiecto non inferunt infalliter iustificationem, quia pari reperiuntur in peccatoribus; ita dicendum videtur de dilectione Dei super omnia, et contritione perfecta, ut ultima dispositione ad iustificationem; quia posita in subiecto eam infallibiliter inferunt.

Ubi opportune notabis, non esse idem has dispositiones esse morales, et non esse ex se, et ab intrinseco talles; quia plura quae petunt subiectum moraliter, quae tamen ex se, et ab intrinseco ipsis competunt, ut oppositio gratiae et peccati, quae illis moraliter convenit, siquidem est moralis eorum oppositio, et tamen illis ab intrinseco conveniunt. Immo plerique ex aliquibus Thomistis, eo quod praedictae dispositiones sint ex se, et ab intrinseco tales, dicunt eas non esse morales, sed physicas.

Sive autem physicae dicantur, sive morales, quia est tanta earum connexio cum iustificatione, sive cum infusione gratiae, ut sit tanta, quanta est connexio dispositionis ultimae physicae cum forma physica, v. g. caloris ut octo cum forma ignea, ita ut citra violentiam, vel miraculum posita dispositione perfecta, vel amore Dei super omnia non possit Deus suspendere infusionem gratiae, vel id possit de potentia absoluta.

Quaestio haec immo ex alia dependet, an videlicet gratia ex se, et ab intrinseco ad sui infusionem petat huiusmodi dispositiones in subiecto; siquidem optime stat gratiam exigere has dispositiones, et ab eis non exigi gratiam: sicut de facto creatura exigit existentiam Dei, nec tamen Deus exigit existentiam creaturae; similiter adhuc accidendo gratia exigit naturam intellectualem, cui insit [illegible]; nec tamen natura intellectualis exigit gratiam sibi inhaerentem: non ergo est idem dispositionem exigere gratiam, et hanc exigere dispositionem. Modo itaque de 1a quaestione agendum, deinde vero de 2a.

Prima sententia docet, cum praedictis dispositionibus esse ex se, et ab intrinseco, tantam esse connexionem ultimae dispositionis cum iustificatione, quanta est caloris ut octo cum forma ignea. Ita

ita D. Ant. Thom. qq. ex nris suffragant. D. Vasquez, Turrianus apud Rip. Ripald. de Ente Sup. disp. ultima seu 34.

2a affirmat hujusmodi dispes tales esse solum a voluntate extrinseca Dei sic volente, et instituente. Ita Scotus, Arriaga, qui pro se refert quotquot pro se refelerat disp. 99 sect. 2. Proquae est sent. in pulsatio Scotistis, qui totum ores ordinem ad extrinsecum Dei voluntatem referunt. Sectio 2a affirmativa proponitur. Sectio 1a.

affirmativa sententia proponitur, et probatur

Cum auctoribus 1ae sent. dicendum hujusmodi dispes esse ex re, et ab intrinseco tales. Probatur 1o, quia hujusmodi dispes sunt vere tales in ordine ad justificationem, ut pro actus amoris Dei, etc. ... ut constat ex Tridentino sess. 6 cap. 7. ubi cum cap. 6. egisset de dispositionibus ad justificationem, ita incipit cap. 7: hanc dispositionem justificatio ipsa sequitur, etc.; at vere dispes non essent, nisi ex re, et ab intrinseco tales essent; id enim, quod solum ab extrinseco tale est, non est proprie, et simpliciter tale, et solum est quid, ut pro in ... pictio, quod vere homo non est; quia solum est talis ab extrinseco. Et a ... nomine vero, quia capiat: pro dispes, quae tales sunt in ordine ad justificationem, ex re, et ab intrinseco sunt dispes ad illam. Confirmatur; quia dispes ad justificationem ad eam disponunt, quatenus intrinsece ... ad id coaptant: siquidem disponunt ut actus ut tales, et ... ; at nisi ex re, et ab intrinseco essent dispes non sic disponerent; disponerent enim quatenus ... instituuntur a Deo, ut coaptent subjectum: pro ex re, et ab intrinseco sunt dispes.

Probatur 2o ... has dispes ex re, et ab intrinseco non vere esse dispes, nec coaptare subjectum ad justificationem: ... a voluntate extrinseca Dei ... pro ... extrinseca.

extrinsecas; moraliter autem intrinsecae, quod sufficit, ut sint verae dispositiones, et consequenter sunt ~~intrinsece~~ intrinsece; intrinsece, inquam, non physice, sed moraliter. Hanc solutionem exhibent Scotistae, ut defendant gratiam ex se, et ab intrinseco non esse filiationem adoptivam Dei, ut vidimus disp. 1a, q. 3, sect. 2, eamque rejecimus iisdem rationibus, quibus ibi impugnatur et hic.

Primo; quia hinc sequitur huiusmodi dispositiones esse omnino superfluas ad iustificationem; siquidem ut Deus illas instituit, non instituisset, quia aeque connaturaliter fieret iustificatio sine illis, ac modo fit, quod evidens signum est superfluitatis illarum: ut modo albedinem superflue institueret Deus dispositionem ad introductionem animae rationalis, quia aeque connaturaliter sine ea, ac cum ea introduceretur anima rationalis: absurdum omnino est, eas esse superfluas, cum nihil sit in natura superfluum: ergo ex se, et ab intrinseco tales sunt. 2o; quia entitas inseparabilis ab alia, et perfectio cum illa coniuncta ex se, et ab intrinseco hoc habet, et non ab extrinseca Dei voluntate, quod tam in physicis, quam in moralibus verum esse probavimus ibidem; sed huiusmodi dispositiones sunt inseparabiles a gratia, et perfectio cum illa coniunctae: siquidem evidenter illas sequitur infallibiliter gratia: hanc dispositionem iustificatio ipsa sequitur. ergo huiusmodi dispositiones ab intrinseco tales sunt, et non a voluntate extrinseca Dei.

R. 2o

Dices: non repugnat esse aliquas dispositiones, quae ex se, et ab intrinseco tales sint ultimae iustificationis, sive infusionis gratiae, in quo nulla est contradictio, neque est a paritate status naturalis, qui se habent per modum naturae, quales sunt potentiae subditae, quas praecedunt dispositiones, quae ex se, et ab intrinseco sunt tales; cum ergo gratia in ordine supernaturali se habeat per modum naturae, non videtur repugnantia in eo, quod ante illius sint aliquae dispositiones, quae ex se, et ab intrinseco sint tales; sed nullae sunt aliae praeter eas, de quibus est quaestio: hoc quia hae infallibiliter coniunguntur cum gratia: hoc quod cum gratia sit filiatio, et amicitia cum Deo, nullae,

nullę ad eā videntur dispositiones Complementiones fide, spe et charita-
te Divinā: dico quia cum sint pleres ad quos dispones ad intrinsecus tales,
ineffundo divino Deus requirere has, et eligere eas. quae, solum non
ab extrinseco tales, Gratiam cum reliquas formas introducat, imo nec
posuit Connaturaliter introducere nisi presuppositis dispositionibus, quae ex
se, et ab intrinseco non tales: ergo gratiae dispositiones in iustificationis ex
se non tales, et non solum ab extrinseca Dei voluntate.

Hinc infero
1°, gratiam secundum se non exigere huiusmodi dispositiones. Ita docent Doctores apud
P. Arriaga disp. 48 sect. 4ª, est tamen P. Gonet disp. 4 de gratia
art. 3. supponentem ex se stare scholam Divi Thomae; illud
4ª probat: quia id secundum se non exigit aliud, quod ipse sine mira-
culo, et violentia separatur ab illo; hac enim ratione homo non
exigit debitè albedinem, vel eius negationem, et sic de aliis: et gratia
ipsa sine violentia, vel miraculo separatur ab huiusmodi dispositionibus,
ut patet in parvulis, quibus sine ulla earum dispositione infunditur
et ex Doctoribus theologiis idem à Deo ipso, & ...: ergo gratia secundum se
non exigit huiusmodi dispositiones.

Infero 2°: gratiam, dum infunditur adul-
to, exigere ex se, et ab intrinseco huiusmodi dispositiones. Probatur,
quia adulto nunquam infunditur sine huiusmodi dispositionibus, ut constat ex
Tridentino ipse relato annectente semper ius iustificationis hu-
iusmodi dispositionibus; et quoties unum semper coniungitur cum altero,
id est ratione exigentiae, quam habet alterius, ut supra diximus: ergo
gratia in adulto ex se exigit huiusmodi dispositiones. Idipsum aliis
probat P. Ripalda sect. 34, quae libenter omitto: his a-
perte videri possunt: dum quaeritur, numerantur probant exigentiam
intrinsecam gratiae in hanc dispositionem, ut solum Conuenientiam, ne sine
ea infundatur.

Obiicies tamen, ut bene ibi advertit Ripalda

Ripalda citari ꝯ̃ apud theologos, quos sicut et Bremane dicenta specialiter dicerentes ꝓg in adulto, qui peccatum proprium personale n Ↄmisit, et tantum habet peccatum orige originale, neq ex ratione ad ex Dei voluntate exigere pœnitentiam. Probatur; q pœnitentia proprie, et stricte accepta ẽ odium, ac detestatio proprii, et personalis peccati à se Ↄmissi. Si enim extenderetur ad peccata ab alio Ↄmissa in Deo daretur pœnitentia stricte, cum Deus odio habeat, et detestetur quodlibet peccatum: cum tamen pœnitentiam proprie, et stricte in Deo omnes negent theologi; et qui peccatum personale n Ↄmisit, n potest personale peccatum detestari: siquidem detestaretur ut à se Ↄmissum, quod verè n Ↄmisit, quod falsum esset imprudentissimum: q in huiusmodi adulto gratia nullo modo exigit hanc dispositionem; alioquin gratia exigeret dispositionem imprudentissimam

Reliquas vero dispositiones fidei, spei, metus æterni, et amoris Dei super omnia, de quibus egi quæstione præcedenti, et modum, quo ibi dixi, eas necessarias esse ad iustificationem, arbitror, à gratia exigi, et ad intrinseco exigi, idemque ut minimum probat ratio huius Ↄclusionis, desumpta ab inseparabilitate infusionis ꝯ̃ in adulto à prædictis dispositionibus. Ad argumenta, quæ militant Ↄtra hanc illationem, quæ multa sunt, et tamen magni momenti, dicam infrà solutis prius quæ adducuntur Ↄ præcipuam Ↄclusionem sectione 3.ª in qua Ↄclusio vindicatur ab obiectionibus.

Sectio 3.ª

Præcipua Ↄclusio vindicatur ab obiectionibus.

Licet horum, et similium argumentorum, quæ proponam, meminerim disputatione 1.ª quæstione 3. sectione 3, dum disputatione 2. quæstione 1.ª sectione 4, ad eaque ibi responderim; adhuc tamen hic proponam. 1.º quia iustificatio est beneficium distinctum à pœnitentia, et dispositione peccatoris, ut multis probat Ripalda disputatione 99 sectione 4, et Pater Suarez lib.

lib.° 2.° de grã cap.te 13, Itemque patet; q.d saltem de pot.
absta potest unum ab alio separari; et n. erit beneficium distin.,
si poenitat, q.a ex ore, et ab intrinseco erat dispo ad iustificaoem:
q. poenita, idem est a dereliquis dispositionibus potest esse ex ore, et
ab intrinseco dispo ad iustificatem. Minor probatur q.d si poenita ex o
re, et ab intrinseco erat dispo, illi deberetur iustificao, quod re-
pugnat cum raoe beneficii, quod debet esse omnino indebitum.

Resp.
omissa maiori, neg.do minorem; q.a lt iustificao debeatur poeni-
tentibus, adhuc pot esse beneficium distinctum ab ipsa: siquidem de-
bitum physicum n. tollit raoem beneficii, q.do adhuc ex suppoe
talis debiti pot remunerator, sive benefactor sine iniu-
ria, sive iniustitia denegare beneficium, aliaqui debitum titulo
physico: itaenim bona valetudo, fructuum ubertas, aeris, et
pluviarum temperies lt saepius obligant naturae ex suppoe
creaois, et sint debita physicae exigentiis causarum secunda-
rum, adhuc sunt beneficia dista a beneficio creationis; ergo
qq. Deus creandus e, eisque p illis agendi opere: n. alia
raoe, nisi q.d, etsi sint debita physica pot Deus citra ulli-
us iniuriam denegare. Cum ergo Deus lt debeat exige physice poeni-
tentis iustificatem, potest tamen sine ullius iniuria illam denegare,
inde e, iustificatem esse beneficium a poenita distinctum.

Dices; q.d iustitia se
habet per modum meriti de Dono, et impetrationis in gratiae, et remi-
ssionis peccati, vt constat ex Tridentino sess.e 14 cap.te 2. definiente:
Iustitiorum modum quovis tempore fuisse narium ad impetrandam veni-
am peccatorum, et meritum, et impetratio n. coeretur cum eo, cuius
meritum et impetratioque: iustitia n. coerit cum infusione gratiae, et
contra ex ore, et ab intrinseco n. e dispo ad illam. Minor probatur q.d,
primum e donum, quod ex fundamento meriti liberaliter decernitur

decernitur à remuneratore, et idem est de dono, quod postea impetrandum offert, quod etiam libere decernitur ab offerente: patet.

Resp.

Concessa maiori, nego minorem de connexione physica, et verà de connexione morali quando etiam connexio meriti cum praemio est solum physica, non praemiare obstante ea connexione posset non offerre praemium, illud libere offert, ideoque potest remunerare tali praemio, praesertim si aliunde illud [struck out] illud ex iustitia non debeat: unde ergo connexio contritionis cum iustificatione sit solum physica, et Deus non debeat ex iustitia contritioni iustificationem, inde est posse offerre hanc [struck out] illam, sive tanquam [struck out] meriti, sive tanquam [struck out] impetrandum. quod si connexio esset moralis inter contritionem et iustificationem, tunc illam impetraret, neque esset meriti de [struck out] de quo hic, quia ex suppositione illius non posset Deus hanc non offerre, ideo eam libere non offerret, qualiter sit de offerendo bono [struck out] meriti, vel impetrando. ideo stultè id diceret impetrare à Deo, vel a quo Deus mereri, quod homo sit animal rationale, quia homo habet connexionem moralem cum animali rationali. Sectio 4. secunda illatio sectionis [?] ab obiectionibus expeditur.

Sectio. 4.a

Secunda illatio sectionis secundae ab obiectionibus liberatur.

Ex doctrina tradita sectione secunda colligimus primo ex ea, et ad intrinseco, dum [?] infunditur adulto, eiusdem dispositionis moralis [?] dictum [?] quae illam [?] obiiciunt: dispositio recipitur in eodem subiecto, in quo recipitur forma,

fra, ad quam disponit. aliter enim non disponeret subiectum suum, et aliud; at predictae dispositiones non recipiuntur in eodem subiecto, in quo recipitur gratia: ergo gratia in adulto existens non exigit huiusmodi dispositiones. Probatur minor; quia gratia recipitur in anima, dispositiones vero in intellectu, et voluntate: ergo predictae dispositiones non recipiuntur in eodem subiecto, in quo recipitur gratia.

Respondeo omissa maiori, negando minorem; quia cum in nostra sententia potentiae identificentur cum anima, dispositiones receptae in potentiis, et gratia recepta in anima in eodem subiecto recipiuntur. Omissi autem maiorem; quia semel data distinctione potentiarum ab anima per dispositionem receptam in una potentia, potest alia extrinsece disponi ad receptionem propriae formae, ut patet in voluntate, quae, per intellectionem receptam in intellectu disponitur ad receptionem volitionis; quia voluntas non vult, nisi intelligat in ista.

Obiiciunt 5°: eadem forma exigit easdem dispositiones in omni subiecto, ut patet in formis physicis; forma siquidem ignis non exigit unam dispositionem in materia A, et diversam in materia B; at gratia non exigit praedictas dispositiones in omni subiecto, ut dicebamus sectione secunda paragrapho <u>hinc infero</u> 1°: ergo gratia existens in adulto non exigit huiusmodi dispositiones.

Respondeo negando maiorem; quia cum eadem forma in distinctis subiectis componentibus unum totale, non eandem, sed diversas exigat dispositiones, ut patet in anima rationali exigente diversas dispositiones in capite, et in hepate, non repugnat eandem formam in distinctis subiectis totalibus unum non componentibus exigere diversas dispositiones. Nam exemplum formae ignis aliquid expect

aliquid vapet; quia ab uno singulari non bene arguitur ad omnia.

Obiiciunt 3°: eandem dispositionem, quam forma exigit ad sui introductionem, exigit ad sui conservationem, ut patet in formis phisicis; et gratia ad sui conservationem non exigit in adulto huiusmodi dispositionem: ergo adhuc in adulto ex se gratia non exigit hanc dispositionem. Minor probatur quia saepe semper gratia est in adulto, qui nec credat, speret, et amet: ergo in adulto non exigit ex se ad sui conservationem talem dispositionem. Respondeo negando maiorem. forma itaque rationalis ad sui introductionem in materia aliam exigit dispositionem, ab ea, quam exigit, ut conservetur. siquidem introducitur in materia parva, nec conservatur nisi in maiori: et insuper diversam exigit dispositionem in infantia, in adolescentia, et reliquis aetatibus, qua diversitate non existente non conservatur in materia.

Obiiciunt 4°: gratia est participatio divinae naturae, et haec ut sit, nullam exigit dispositionem: ergo nec gratia. Respondeo distinguendo consequens; quia cum gratia non sit adaequata participatio naturae Dei, et inadaequata, non convenit in omnibus cum ea, et in aliquibus, ut est in ea radicem visionis, et amoris, quidquid sit de reliquis.

Obiiciunt 5°: forma accidentalis nulla ex se exigit dispositionem in subiecto, cum non praecedat in infinitum in formis accidentalibus; et gratia est forma accidentalis: ergo nulla ex se exigit dispositionem in subiecto. Respondeo negando maiorem: si illius sensus intendat, ad omnes formas accidentales: quaedam enim illarum exigunt dispositionem in subiecto; quaedam quae nulla ratione non procedit in infinitum: gratia autem est earum, quae prius exigunt dispositionem, ut distare ex natura probavi. Et praeterea, quia cum in ordine supernaturali se habeat instar naturae sive formae substantialis; ea potius, quae gratia debet ex se supponere dispositionem in subiecto.

Obiiciunt 6°: dispositio, quae praexigeret
gratiam esset participatio Divinae naturae; at hoc repugnat: ergo gratia nullam
exigit dispositionem in ullo subiecto. Minor constat; quia ea dispositio esset
forma sanctificans, consequenter gratia esset superflua. Maior probatur; quia illas
dispositiones ut rationes praevias procedere esset radicem omnium supernalium: quod esset
participatio Divinae naturae. Respondeo negando maiorem; quia radix respectu
radicati habet rationem prius actionis, et passionis, vel quasi, quae
ratione non habet dispositionem ad priorem: siquidem illa est actus quidam
transiens; haec vero habitus permanens.

Obiiciunt 7°: gratia petit esse radicem
omnium actuum, et habituum supernalium; at hoc ipso nullam praexigit dispo-
sitionem in subiecto: ergo gratia nullam praexigit dispositionem in subie-
cto. Minor constat, quia aliter eius illius exigeret esse prior, ut
ratione radicis illius, et posterior, ut gratia forma subveniente ad
dispositionem. Maior probatur; quia in ordine supernali ad radicem, et se
habet instar naturae; ergo etc. Respondeo distinguendo maiorem: gratia petit
esse radicem omnium actuum, et habituum supernalium, exceptis iis, qui sunt dis-
positio ad ipsam, Concedo maiorem: nisi exceptis, nego maiorem. Itaque,
sicut forma substantialis naturalis licet sit radix omnium, quae specia-
liter sunt in subiecto, non tamen est radix eorum, quae sunt dispositio ad
ipsam: similiter gratia in ordine supernali radix est omnium su-
pernalium; non tamen eorum, quae sunt dispositio ad ipsam: horum tamen ra-
dix non est in actu 1°, quoniam in actu 2° radix est eorum, eatenus con-
tinet, ipsaque in omnibus instantibus praeter primum influxum,
pro [illegible] ab eadem producuntur et sustentantur, ideoque
ab ea radicantur in ea.

Obiiciunt 8°: gratia habitualis est donum excellen-
tius, magis proprium Divinae liberalitati, quam gratia actualis;
at haec nullam praexigit dispositionem in subiecto: siquidem est prima omnis
meriti impetrationis, sive dispositionis supernalis: ergo neque gratia ha-

quam neque gratia habitualis. Ad 2um dico: quod si haec exigeret dispositionem in subiecto, tribueret huic ad exigentiam dispositionis, et ut eidem debita, consequenter non esset donum magis proprium liberalitatis divinae, quam gratia actualis, quae confertur absque ullo debito. Ideo nego maiorem quoad 2am partem. Solutio: gratia habitualis est magis proprium donum liberalitatis divinae, quam gratia actualis; quod licet illa sit excellentius donum, haec tamen est donum magis proprium liberalitatis, quod magis gratis confertur. Siquidem proprium est liberalitatis gratis operari. Ergo gratia actualis confertur nullo existente merito, vel dispositione ex parte subiecti; gratia vero habitualis praecedente merito, vel impetratione saltem de congruo, inde est, quod actualis sit donum magis proprium liberalitatis divinae, quam habitualis sit. Quaestio 3a, an habitus charitatis efficienter producat actum, qui tamquam dispositio iustificationem praecedit. Sectio 1a. Nonnulla praenoto, et Doctorum sententiae.

Quaestio 3a.

An habitus charitatis efficienter producat actum, qui tamquam dispositio iustificationem praecedit?

Sectio 1a.

Nonnulla praenoto, et Doctorum sententiae.

Certum est apud theologos habitum charitatis efficienter producere actum charitatis, qui non est dispositio ad iustificationem. Cuius ratio est; quod cum habitus infundantur a Deo, ut per illos actus connaturaliter eliciant, nihil prohibeat actum charitatis, qui ad iustificationem non disponit, procedere efficienter a proprio habitu, sequitur ad illo procedere: quare inde solum restat difficultas de actu, qui est dispositio ad iustificationem, de quo ut clarius procedamus,

Praenoto 1o, in nostra re, quae communis omnium affectiones continent in actus supernaturales, de quo disputatione 1a sectione 3a diximus, eandem esse difficultatem in communi habitus in actus charitatis disponentis ad ordinem, ac in communi ponere in eundem actum; hic enim contraria videtur non posse procedere ab habitu, quod est dis-

dispositio ad gratiam, quae prior est habitu charitatis dimanantis ab illa
sive physice, sive moraliter: unde etiam videtur esse prior nec habitus cha-
ritatis, ideo quia adeo non posset praecedere, et cum est prior gratia, quia omnis
dispositio est prior forma, ad quam disponit: ergo nec poterit efficienter prae-
cedere a gratia: ergo in nostra sententia eadem est difficultas in influxu efec-
tivo habitus, et gratiae in ultimae dispositionis ad gratiam.

Hinc est quod plu-
res DD. quaestionem hanc aliter proponere, sit an actus chari-
tatis, qui est ultima dispositio ad gratiam efficienter ab illa procedat: a quibus
breviter abstinere decrevi, ne aliquis nimis scrupulosus negative recensent,
neque do ut influxus immediatus gratiae in actus supernales, quod potius
esset difficultatem eludere, quam solvere, quae vario loco non habet, nam
difficultas haec sub his a nobis suppositis expendatur, cum influxum effec-
tivum habituum supernalium in proprios actus omnes fateantur Theologi. Insuper dicebamus,
in materia de charitate difficultatem hanc sub his terminis proponenti.

Praenoto 1o
celebrem esse apud Philosophos quaestionem, an ultima dispositio ad formam sit effective ab
forma ad quam disponit, verbi gratia an calor ut octo, qui est ultima dispositio ad formam ig-
nis sit effective a forma ignea: in qua Thom. Scotistae recentiores affirmative.
Quod si eis obiicias, dispositio esse priorem forma, ad quam disponit: non ergo erit effec-
tive ab illa; alioqui erit prior forma, ut supponitur, et non erit prior; cum omnis
effectus, ut pote posterior, non sit prior illa, a qua effective procedit: quae repug-
nantia est implicatoria. Sed haec, inquam, illis obiicias, recentiores dispositio esse
priorem forma in genere causae materialis, eo quod coaptat subjectum ad recep-
tionem illius, non vero esse priorem forma in genere causae efficientis, quia ab illa ef-
ficienter procedit: nullam vero esse repugnantiam in eo, quod idem sit prius, et non sit pri-
us in alterius in diverso genere causae.

Sed ultima est 2o quia ultima dispositio ad formam
habet causam, a qua effective procedit praeter formam, ad quam disponit, verbi gratia
ignis effectivus, a quo procedit forma: ergo frustra recurritur ad formam obstante hac mu-

mutua prioritate, quae ut minime intelligibilis est. Confirmatur 2°: quia nulla est materia, quae materialiter causando formam, vicissim formaliter causet a forma, cum haec intrinsece non constituat materiam, neque est ulla forma, vel materia, quae materialiter, vel formaliter causent causam efficientem, a qua procedunt, vel assignentur ea; et haec sunt causae in diverso genere causae: ergo quod non solum repugnat mutua causalitas, sive prioritas in eodem genere causae, sed etiam in diverso. Confirmatur 3°.

Confirmatur tandem 3°: quia si dispositiones procedunt formam, ad quam disponunt in genere causae materialis, quia disponunt, et aptant subiectum ad receptionem, etiam procedunt eandem in genere causae efficientis: siquidem concurrunt causae efficientes, et hac ratione illam coaptant, et quasi disponunt; sed quia procedunt formam in genere causae materialis, nequeunt in eodem genere procedere a forma: ergo quia procedunt etiam in genere causae efficientis, effective non procedunt a forma.

Praenoto 3°: eandem difficultatem, quae est de processione actus charitatis a gratia, vel habitu charitatis, esse etiam de processione actus fidei ad habitum fidei, et actus spei ad habitum spei, dum infidelis disponitur ad fidem, et desperatus ad spem, quia in eodem instanti, in quo est actus, per quem disponitur, infunditur habitus, ad quem disponitur; at vero in aliis actibus non est eadem ratio; quia dum peccator elicit actum religionis, vel obedientiae, etc., neutrum habitum infundit, quoniam praeter habitum fidei, et spei, reliqui inseparabiliter gratiam comitantur, ideoque tales actus eliciuntur in nostra sententia ab auxilio extrinseco, et in thomistarum sententia a qualitate intrinseca non permanenti, qualis est habitus, sed cum ipso actu transeunti.

Aliis praenotatis

1a sententia affirmat, actum charitatis ultimo disponentem ad gratiam effective procedere a gratia, et ab habitu charitatis, ab illa ut a principio radicali, et ab isto ut a principio proximo. Ita Doctor Thomas apud Conet disputatione 1 de iustificatione impii art. 8. quem ex Iesuitis sequuntur Suarez, Valencia, et Vasquez; 2a sententia docet talem actum nullo modo procedere a gratia, vel habitu

charitatis; ita Doctor noster Marti. cum Eminentissimo Suario lib. 8 de gratia cap. 12, quibus favent nobiles Thomistae Ioannes à Sancto Thoma, Araujus, Philippus à Sanctissima Trinitate, et alii apud Genetum.

Sententia 3a, et intermedia media, quae propugnat Pater Ripalda asserit, posse de potentia absoluta, et 2o aliis praevidentibus actus charitatis disponentis ad iustificationem effective procedere ab habitu charitatis, defacto vero non procedere. Sed quoad 1am partem huius sententiae nititur quibusdam Divinis decretis disiunctivis, quibus Deus decernit actus charitatis non decernendo determinate omnia, à quibus effective actus procederet, quae decreta sunt difficilia, habentque propria sedem in materia de incarnatione, de hac 3a quantum ad 1am partem nihil statuo, et huius modi decretorum examen ad praedictum locum remitto. Non tamen verum non rotare facilibus posse defendi processiones talis actus ab habitu charitatis de potentia absoluta, quia non repugnat tales actus in 1o instanti, in quo producuntur per mixtionem exterius, disponentes ad habitus infusos, in eodem instanti dare actiones eiusdem; quia habitus continet actus, potestque illos operari in eodem instanti. Denique actus ut iam praeductus potest de potentia absoluta, alligationem trahere: nihilominus obest de hac potentia ultima disposito ad propria effective procedere ab habitu charitatis. Sectio 2a nostra conclusio proponitur ex quo.

Sectio 2a

Nostra conclusio proponitur, et probatur.

[illegible] cum authoribus Nostris sit nostra conclusio: actus charitatis, qui est ultima dispositio ad iustificationem non procedit effective à qua, neque ab habitu charitatis. Probatur: actus est charitatis intelligitur existens antequam potentia, et habitus charitatis intelligantur existentes. Unumque est dispositio ad iustificationem, quae claudit processus: tum quia 2o, tribuentibus iustificationi; requiritur ipsius dispositionis; et id, quod intelligitur existens antequam aliud intelligatur existens non procedit ab aliud; nihil enim est, quod aliud agat in priori; quo siquidam agerit; esset existente-

existit, quæ ex [illegible] intelligitur actu, actio illius est omnino superflua: ergo talis actus non procedit effective a gratia, neque ab habitu charitatis.

Confirmatur 1°: deus intelligitur existens talis actus disponens, debent intelligi omnes eius causæ, et contra causa efficiens; siquidem nullus effectus intelligitur existens, nisi omnes eius causæ intelligantur existentes; sed deus intelligitur existens talis actus non intelligitur existens gratia, vel habitus charitatis: ergo talis actus non procedit effective a gratia, neque ab habitu charitatis. Minor probatur; quia si intelligeretur existens gratia, vel habitus charitatis talis actus nentiquam esset dispositio; quia frustra disponeret ad existentiam eorum, quæ existunt prius, quæ intelligantur existentes talis dispositio: sed deus intelligitur existens talis actus, non intelligitur existens gratia, vel habitus charitatis.

Confirmatur 2°: si dispositio potest esse effectus formæ, a qua in genere causæ efficientis procedit, intellectio poterit esse dispositio intellectus, et volitio voluntatis, quorum effectus, [illegible] eorum intellectus, et voluntate disponetur ad [illegible] praedictos actus, quod nihil absurdius excogitari potest: ergo non potest actus, qui est dispositio ad gratiam, et charitatem ad utramque, vel ab altera earumdem; eius actus, cuius gratia est habitus charitatis, et sicut se habent in naturalibus intellectio, et volitio ad intellectum, et voluntatem, ita se habet actus charitatis supernaturalis ad habitum charitatis supernaturalem.

Minor est, quantum se vertent thomistae, ut [illegible] huic, et confirmationibus respondeant. Ad 1° respondet Suarez, facile, ut ipse ait, quod etiam a habitu charitatis posse dupliciter considerari, 1° in ratione auxilii, qua ratione est prius effectivum actus charitatis, nec hunc supponit, ut dispositionem: 2° potest considerari in ratione formæ sanctificantis, et hac ratione supponere actum charitatis ut dispositionem, et sic eodem posteriorem, in quo nulla est repugnantia; quia si deus ad invicem priora, et posteriora non in eodem

et in diuerso genere causae, neque secundum eandem, sed secundum diuersas formalitates: quia per secundum formalitatem auxilii est prior actu dilectionis in genere causae efficientis, et eadem secundum suam formalitatem est posterior eodem in genere causae materialis, quia dispositio reducitur ad genus causae materialis.

Sed

Contra est 1°: repugnat aliquid realiter producere secundum unam formalitatem et non secundum aliam, alioqui idem realiter produceret et non produceret, quod nec in diuinis ratione distinctionis virtualis intelligitur; et si gratia esset prior secundum formalitatem auxilii, et posterior actu charitatis secundum formalitatem formae, sequitur secundum unam formalitatem realiter produceret, scilicet gratia secundum formalitatem auxilii, et eidem secundum aliam formalitatem non produceret, scilicet eadem gratia secundum formalitatem formae, secundum quam est posterior actu charitatis; posterius autem quatenus posterius non producit prius: ergo repugnat, quod in ratione auxilii sit prius actibus actus charitatis, et secundum rationem formae esse effectus illius causatus ab actu charitatis, ut a causa mali dicitur materialiter.

Contra est 2°: si gratia sit prior actu charitatis non solum erit prior illo secundum rationem auxilii, sed etiam secundum formalitatem formae; sed hoc repugnat, ergo et dictum, quod et quod esse prior secundum formalitatem auxilii. Maior probatur; quia gratia non causatur a charitate nisi ut unita subiecto: siquidem causat ut forma informans subiectum illud intrinsece eleuando, et intrinsece proportionando, qua ratione est forma huius formalitatis reducitur ad illam; et gratia ut causat actum charitatis est prior illo, quia causa ut causa est effectus, est prior illo: ergo si gratia est prior actu charitatis non solum erit prior illo secundum formalitatem auxilii, sed etiam secundum formalitatem formae.

Contra est 3°: actus charitatis non solum est dispositio ad gratiam secundum quod forma est, sed etiam secundum quod auxilium est; quia cum haec utraque formalitas realiter sit idem in gratia, repugnat realem dispositionem ad unam non esse realem dispositionem ad aliam; et quod est dispositio ad gratiam ut formae, nequit ab illa realiter procedere: ergo quod etiam est realiter dispositio ad eandem ut auxilium est, non potest ab eadem ut auxilium est procedere.

Respondetur 1o: prius est gratiam esse in subiecto, quam incipiat operari: tum quia maior connexio gratiae cum existentia in subiecto, quam cum operatione contingenti, qualis est actus charitatis: siquidem non potest gratia connaturaliter existere nisi in subiecto, et potest esse sine operatione contingenti: tum etiam quia gratia operatur in subiecto ut eidem applicata, illius applicatio est per informationem, sive unionem; et gratia ut applicata, sive unita subiecto est forma, quae ut talis informat, nec habet alium modum informandi praeter unionem: ergo gratia non solum ut causa, sed etiam ut forma est prior actu charitatis: quia aliunde ut forma sit posterior praedicto actu, sequitur eandem formalitatem esse priorem, et posteriorem respectu illius, quod absurdum reputant Doctores huius solutionis, ideoque illud de medio tollere conantur.

Secundo aliter respondet ipse Doctor, gratiam percipi duplicem considerari, in fieri scilicet, et secundum hanc rationem esse priorem, et prius effectivum actus charitatis, 2o in facto esse, et hac ratione esse posteriorem actu charitatis, illumque supponere, ut dispositionem praecedentem in genere causae materialis. Sed contra est 1o, quia gratia in fieri est actio productiva gratiae; quia res in fieri est productio rei, et res in facto esse terminus talis productionis; sed actio productiva gratiae non est prius effectivum actus charitatis: siquidem actio non est principium productivum, sed ratio formalis producendi, sive productionis: ergo gratia in fieri non est prius effectivum actus charitatis.

Contra est 2o: quia quidquid praecedit rem in facto esse, eam etiam praecedit in fieri: tum quia non est alius modus praecedendi ex praecedentia naturae, de qua modo loquimur, nisi praecedendo fieri rei: tum quia ratio formalis huius praecedentiae est fieri, sive actio rei, quae solum constituit priorem in facto esse ea, quibus comparatur prior; sed actus charitatis est prior gratia in facto esse, iuxta hanc solutionem: ergo est prior eadem in fieri: ergo idem actus est prior, et posterior gratia in fieri, quod absurdum sequitur.

Dicent 3o alii antiquiores Thomistae, actum ut productum a voluntate praecedere ut dispositionem ad gratiam; eundem vero ut productum a gratia eandem sub-

eandem indirecte. Sed dices 1° q. ex Thom. requiri duplex actio totalis in eundem effectum adhuc de potentia absoluta, et proinde fere omnes sal-
tem naturaliter requirunt propterea superfluitatem unius, vel alterius; et ad hanc
solutionem duplex actio totalis ponitur in eundem effectum una a volun-
tate, qua ita sufficienter producitur actus, ut ponit esse dispositio ad gratiam, et
altera a gratia, quae habet ad actum ipsum praeexistentem: ergo requirit actum ut pro-
ductum a voluntate esse dispositionem, et priorem seipso ut producto a gratia.
Dices 2°:
actus ut productus a voluntate intelligitur existens: siquidem intelligitur,
ut dispositivus, qualiter intelligi non potest, nisi praedicto modo intelligatur, cum nihil
disponat non dum existens, et adhuc intra suas causas; et id, quod quandoque
ipso intelligitur existens nequit prioritate intelligi praecedens ab alio,
cum forma ab illo recipiat existentiam, quam ipsa habet: ergo actus, qui, ut dispositio prae-
cedens existens a voluntate, nequit prioritate intelligi praecedens ab habitu.
Recent.

3°: habitus charitatis sive gratiae dupliciter posse considerari, vel secundum
rationem genericam qualitatis supernaturalis, et secundum hanc rationem praecedere actus, ut
principium illius: vel secundum rationem specificam habitus, et secundum hanc rationem subsequi ac-
tus tanquam suam dispositionem. Sed dices 1° q. omne principium praecedens effectum realiter
loquendo praecedit secundum rationem genericam, specificam, et individualem; et actus
realiter oritur ab habitu, sive gratia: ergo principium, quodcunque id sit, a quo oritur,
ab eo oritur secundum rationem specificam, et individualem: ergo secundum hos omnes conceptus
praecedit, et non solum secundum rationem genericam. Maior probatur; q. praecedit utrum-
que a parte rei; existit ergo non in conceptu generico tantum, sed in singulari,
et individuali, et quae ad nos effectus non producit, nisi in singulari, actio, qua
ad singularitatem spectat similiter principium non operatur nisi in singulari, nec actio
eius oritur, nisi ab eo in singulari, aut differentialiter conceptus omnes usque
ad singularitatem: ergo principium praecedit secundum omnem rationem sub generica, specifica, et indi-
viduale.

Conf.ª 1.º; q.ª quidquid in actibus intell. et voluntatis tendant ne obtinere, sine uno obti formalitate ad alia, quae realiter identificat, actiones q.º physice uno formalitate n. tendunt ad alia, sed realiter à tota rei entitate procedunt, et ab omnibus eius formalitatibus; sed in habitu charitatis radix generica, et specifica sunt formalitates realiter identificatae: universaliter enim potentiae superiores, et inferiores realiter identificantur, et actio, quae producit actus est vera realis et physica: ergo habitus n. solus procedit per formalitatem genericam qualitatis supernaturalis, sed etiam per specificam talis habitus; ideo enim procedit effective per oes formalitates per quas effective producunt.

Resp. 4.º: actus charitatis eliciti per auxilium supernaturale procedere gratiam, esse q. eiusdem disposit.; eundem vero elicitum per gratiam, sive habitus supernaturalis, hunc, et illa subsequi. Sed dicit; q.ª actus elicitus per auxilium intelligit prioritatem, et extra oes suas causas; siquidem intelligit dispositio, qualis nequit esse nisi ex prioritate; et eo ipso n. pot in eodem instanti elici ab habitu; q.ª ig. traret duplicem actionem totalem, quod saltem realiter repugnat: ergo repugnat actus in instanti, in quo est disposit. ad gratiam, et elicitur per auxilium, in eodem elici per gratiam, sive per auxilium: repugnat, inquam, de lege ordinaria, q. de abs., n. repugnare ig. supra notabamus.

Resp. et 5.º

rem actus charitatis esse dispositionem ad gratiam, et illa prioris, ideoque ab ea effective n. procedere; n. tamen esse dispositionem ad habitum, neque illo prioris, ideoque ab eodem procedere, esse q. eodem posterior, in quo nulla repugnantia; q.ª ig. unus n. respectu eiusdem, sed in diversorum est prius et posterius. Conf.ª 1.º; q.ª actus n. solus est disposit. ad gratiam, sed etiam ad habitum charitatis, et reliquas virtutes supernaturales; q. ut dictum a Tridentino supra relato, est disposit. ad interiorem renovationem, n. solum, quae fit per infusionem gratiae, sed etiam quae fit per infusionem donorum; sed q.ª est disposit. ad infusionem, sive susceptionem prioris n. fit à gratia: ergo q.ª est disposit. ad susceptionem donorum n. fiet ab illo

dono, quali, e habitus charitatis.

Dicitur 2.º quod prius quam intelligatur in fumine habitus existens gratia; quia ab ista ut existente dimanant habitus supernales, sive physicè, sive moraliter; et prius quam intelligatur existens gratia, intelligitur existens actus charitatis: siquidem est adeo disposito: ergo non intelligitur ab habitu procedens. Dicitur consequentia, quia nihil intelligitur procedere ab eo, cui presupponitur existens. Dicitur 3.º natura, et eius potentia simul, et per eandem indivisibilem actionem operantur: Consentiens gratia, quae se habet ad instar naturae, et eius habitus, qui sunt instar potentiarum per eandem actionem operantur: et actus non est effectivè a gratia, ut dicitur in solutione: ergo neque ab habitu: alioquin operabitur potentia per actionem, per quam non operatur natura. Sectio 3.ª quaedam proponuntur et solvuntur argumenta.

Sectio 3.ª

Quaedam proponuntur et solvuntur argumenta.

Arguitur 1.º Primo ubi supra: de ratione actus vitalis est, quod procedat a principio proximo vitae ut coniuncto principio radicali; sed actus charitatis est actus vitalis supernalis; quia Joannis 1.º dicitur: *transivimus de morte ad vitam quoniam diligimus*: et iterum ait: *qui non diligit, manet in morte*: ergo de ratione talis actus est, quod procedat ab habitu charitatis principio proximo ut coniuncto gratiae, quae est vita radicalis supernalis. Confirmatur 1.º quia Deus non potest supplere immediate defectum principii vitalis, unde si intellectus moveret corpus mortuum, ille motus non esset vitalis: ergo nec potest supplere defectum gratiae, et charitatis, quae sunt principia vitalia supernalia. Confirmatur 2.º actus fidei, et spei eliciti a peccatore privato gratia non sunt perfectè vitales vitalitate supernali, ut colligitur ex illo Jacobi 2.º: *sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est*: ergo actus charitatis ut sint perfectè vitales debent esse a principio radicali, et proximo vitae supernalis, quales sunt gratia, et charitas.

Respondeo distinguendo maiorem: de ratione actus vitalis est, quod procedat a principio proximo vitae ut coniuncto principio radicali, si tam

si tam principio proximo, quo radicaliter sint simpliciter vitalia, concedo ma-
iorem: si solum secundum quid sint vitalia, nego maiorem. Itaque gratia
et universaliter habitus supernaturalis huiusmodi quidem sint non sunt principium, et
simpliciter prima vitalia, et solum secundum quid, et improprie, quatenus sunt
complementa atque simpliciter viventis in ordine ad actus supernaturales, qui habere et
simpliciter sit vita supernaturalis in actu 2°, quorum vitalitas formaliter ab
anima respondet, supernaturalitas a [illegible] a gratia, et habitibus.
Unde de examinori, negatur consequentia. Ad summum enim infertur denotationem
actus charitatis esse, quod procedat ab anima elevata a principio supernaturali,
sive id gratia sit, sive auxilium intrinsecum, vel extrinsecum.

Hinc patet, ad 1^3 confirma-
tionem, cuius antecedens omittitur, et negatur consequentia; quia neque gratia, neque habitus charitatis
est principium simpliciter vitale. Omittitur antecedens; quamvis enim Deus immediate non possit
supplere defectum subiecti vitalis, hoc est, efficere, ut vivat subiectum, quod incapax est vitae in actu 1°, eo quod vivens non sit in actu 1°, quod solum probat
exemplum ibi allatum, potest tamen supplere defectum principii vitalis in genere
principii effectivi producendo in subiecto vitali intellectionem, amorem, vel motum progressivum, per quem subiectum vitaliter moveatur, ut illa effective non produceret. Ad 2^{am} confirmationem distinguo antecedens: actus fidei et spei elicitus a peccatore non sunt perfecte vitales respective, concedo antecedens: non sunt perfecte vitales
absolute, nego antecedens. Habent itaque eiusmodi actus quidquid requiritur ad vitam supernaturalem, ut eorum vita non sit adeo perfecta, ac est vita actus charitatis.

Neque obstat locus Iacobi; quod eiusmodi vera vita, atque quod supernaturalis non possit negari in actu fidei supernaturalis, dum fides sine operibus mortua dicitur,
sicut corpus sine spiritu. Comparatione solum intendit, quod sicut corpus mortuum
nullam actionem vitae potest elicere, ita nec fides sine operibus practicis, et
charitatis potest quidquam elicere, quod sit meritum de condigno vitae aeternae, quod nos libenter fatemur. Inde tamen contra adversarios infertur,

in ordine ad vitam supernaturalem non est tanta gratiae necessitas, quanta est animae in ordine ad vitam naturalem, quia Deus non potest supplere defectum animae non solum in ordine ad actus vitae perfectae, verum neque in ordine ad actus vitae imperfectae, v. g. sensationis: ideoque corpus mortuum adhuc de potentia Dei absoluta non potest sentire; at sine gratia habituali elicimus actus fidei etc., qui sunt vitae supernaturalis saltem imperfecta: ergo in ordine ad vitam supernaturalem non est tanta necessitas gratiae, quanta est animae, in ordine ad vitam naturalem.

Arguitur 2º: inclinatio actualis in bonum divinum ut est ipse debet procedere a gratia habituali ut a principio radicali: at actus charitatis est inclinatio actualis in bonum divinum ut est ipse: ergo supponit gratiam, cuius est inclinatio, ad eamque effective procedit. Minor videtur, cum sit amor Dei propter bonitatem Dei. Maior probatur: quia omnis inclinatio naturae in bonum supponit naturam, ad eamque effective procedit; ideoque velle divinum non constituit naturam divinam, quia ut est naturae inclinatio, eam supponit, etiamsi est de ultimo creatum, quod per ista non est increatum non constituit: ergo inclinatio actualis in bonum divinum debet procedere a gratia habituali.

Respondeo negando maiorem; quia solum debet procedere a natura intellectuali elevata principio supernaturali intrinseco, vel extrinseco permanenti, vel transeunti, propter circumstantiarum diversitatem, in quibus talis elicitur inclinatio. Quare tota maioris probatio non est ad rem; quae etsi vera sit, nihil tamen probat, dando enim minorem, et negando consequentiam; quia amor Dei non est inclinatio solius gratiae habitualis in Deum, sed solius, cum naturalis, vel huius cum gratia habituali, vel cum auxilio supernaturali intrinseco, vel extrinseco transeunti, vel permanenti.

Arguitur 3º: actus meritorii vitae aeternae procedunt a gratia: at actus charitatis, qui est dispositio ad gratiam, est meritorius vitae aeternae: ergo procedit effective a gratia. Minor probatur: quia sic docet Divus Thomas et alii

alioquin si iustificatus moreretur in instanti iustificationis obtineret gloriam sine merito, quod est contra Tridentinum definiens gloriam deberi adultis titulo hereditatis, et titulo mercedis, sive meritorum: ergo actus charitatis, qui est dispositio ad gratiam est meritorius vitae aeternae.

Obijcies 1.º nisi talis actus procedat effective a gratia, erit meritorius vitae aeternae, si procedit a subiecto habente gratiam; at hoc non sufficit: ergo talis actus procedit effective a gratia. Minor probatur; quia alioquin sequeretur actus naturales procedentes a tali subiecto esse meritorios vitae aeternae, quod falsum est. Obijcies 2.º nisi talis actus procedat effective a gratia, erit meritum de condigno illius; quia cum sit meritum de condigno gloriae, quae est gratia consumata, nihil obstat esse meritum de condigno gratiae habitualis, nisi quod ab ea ut a principio procedat, cum aliunde principium meriti non cadat sub merito, et talis actus non est meritum de condigno gratiae, ut constat ex Tridentino sessione 6, capite 8, ubi definit: nihil eorum, quae iustificationem praecedunt, iustificationis gratiam promereri: ergo talis actus effective procedit a gratia habituali; ideoque non est meritum illius, quia principium meriti non cadat sub merito.

Min[or?]

quam hoc supponit dari gloriam cadere sub meritum condignum[?] verum ideoque hunc praedispositionem, qua disponitur ad iustificationem, mereri de condigno dari gloriam, qua suppositione negata, ut illam plures probabilissime negant, totum argumentum cum consequentibus corruit: concessa maiori, negatur minor. Nec obstat divus Thomas; quia licet doceat praeparationem ad gratiam esse meritum in gratia et gloria, potest exponi, itaut praeparatio ad gratiam ut libere praeparata in[?] plura instantia continuata, sic ut procedens effective a gratia sit meritum de condigno augmenti gloriae, quod reapse gloria est.

Neque

iure[?] obstat, iustificatum morientem in instanti iustificationis obtine-

obtinere gloriam sine meritis, ergo non desinit condignus omnibus adultis donum gloriae duplici titulo, scilicet haereditatis, et mercedis; pro eo adultus moriens cum sola gratia baptismali, et absque ullis meritis, cum solus posset conferri gloria titulo haereditatis, et nullo pacto mercedis, sive coronae. Solum sed, desinit condignus haereticos non bona propria opera in iis, quae sequuntur iustificationem, in ex huiusmodi fructus, esse de condigno meritoria vitae aeternae, ideoque his sic operantibus conferri gloriam titulo haereditatis quantum ad essentiam gloriae, et titulo mercedis, quantum ad augmentum, quod vera gloria est.

Admissa tamen in praesenti opinione de merito condigno primae gloriae: ratio ad argumentum respondeo maiorem: quia ut actus sit meritorius de condigno gloriae, satis est, quod sit bonus, liber, et supernaturalis dignificante gratia habituali pro eodem instanti iudicii, licet a tali gratia actus non procedat, sed solum ab auxilio extrinseco supernaturali. Unde ad primam confirmationem nego maiorem quia ut actus sit meritorius de condigno vitae aeternae, requiritur praeterea processionem a subiecto dignificato per gratiam, quod procedat per auxilium supernaturale, ut sic evadat actus intrinsece supernaturalis, sicque proportionatus sit gloriae supernaturalis ~~~~~~

Ad 2am confirmationem nego maiorem; quia licet talis actus sit meritorius de condigno gloriae, quae est gratia consummata; non tamen sequitur esse meritorium ipsius gratiae habitualis, cuius ratio est dignitas meriti; ratio autem non sit meritum condignum principii non cadere sub meritum, eadem ratione, qua nunquam

qua prius meriti non cadit sub merito: itemque hoc adde, quod supponitur ad meritum ita et dignitas meriti supponitur ad meritum non adde, et ut condignum: cum ergo gratia habitualis non supponatur ad meritum et condignum, alioquin supponeretur ad seipsam; supponatur ergo ad gloriam, inde est, hanc cadere sub meritum de condigno, non vero. Sequitur Sectio 4.ta Reliqua solvuntur argumenta.

Sectio. 4.ta

Reliqua solvuntur argumenta.

Arguitur 4.to: gratia, et idem est de habitu charitatis, potest considerari in fieri, et in facto esse, et inter ista duo statum potest intercedere actus posterior fieri, et prior facto esse, ut patet, in relationibus divinis, in quibus intercedit ratio originis posterior eis ut distinguentibus Personas, et prior eisdem ut Personas referentibus: ergo inter gratiam in fieri, et eandem in facto esse potest intercedere actus charitatis prior gratia in facto esse, et posterior eadem in fieri: ergo et talis actus poterit esse effectus gratiae in fieri, eiusdemque in facto esse dispositio.

Confirmatur 1.o inter permissionem activam peccati 1.i, quae est negatio auxilii efficacis se tenens ex parte Dei, et inter permissionem passivam; quae est eadem negatio, ut se tenet ex parte creaturae mediat ipsum peccatum posterius permissione activa Dei, ut pote ab illa essentialiter dependens, et prius permissione passiva, ut pote demeritum, ratione cuius homo fit dignus negatione auxilii efficacis: ergo etiam inter gratiam in fieri, et eandem in facto esse poterit mediare actus charitatis prior una formalitate, et posterior alia. Confirmatur 2.o quia dum ventus fenestram aperit, et per eam ingreditur inter ingressum venti in fieri, et in facto esse mediat apertio fenestrae: ergo similiter inter gratiam in fieri, et in facto esse mediat actus charitatis.

Confirmatur 3.o: res in fieri est causa rei in facto esse: ita enim materia et forma in fieri sunt causa compositi in facto esse: ergo gratia in fieri est causa gratiae in facto esse: ergo et

p̃ et ca actus disponentis ad prq infacto esse: siquidem causa que causatur esse simpliciter, causat quidquid manet et ad ponendum esse simpliciter. Confirmatur ratio in fieri est aliquid verè habens esse reale intemporale reali: ergo pot habere aliquem effectum, quod aliud non est quam terminus in facto esse.

Ad argumentum in Contrarium maiorem, nego minorem: quia esse fieri rei in facto esse sit actio productiva rei, et inter actionem et terminum productum nihil ponit medium, cum actio sit modus immediatè, unde medio afficiens terminum productum, hinc est, inter terminum in fieri et terminum in facto esse nihil posse mediare propter hoc quod sunt actiones. Neque exemplum relationis Divinae est ad rem: tum quia relatio ut constituit personam non est relatio in fieri, et terminans aliquid, et quasi in facto esse qualis est divina: tum quia eadem relatio, quatenus est origo, processio, sive quasi actio, et fieri talis non est nisi sui ipsius et referentis, et in alterius relationis ò essentialiter dictae, quae per terminum vere producitur; at in ista Donet patris actio est prius in fieri, et terminata ad ipsum in facto esse, quod quam dispar est relationibus Divinis constat ex dictis.

Ad tertium Contra nego antecedens: quia in tali voluntate Dei, qua vult permittere peccatum, quae quia dicitur permissio activa, et negatio auxilii efficacis, quae dicitur sive pot dici permissio passiva peccati, est quae vere, et proprie illius permissio, non mediat peccatum, neque quia peccati fit homo dignus negatione auxilii efficacis, quo id vitaret peccatum, ~~nam~~ quidquid sit de negatione auxilii per aliis peccatis. Sicut enim homo per actum bonum subsecutum auxilium efficax non fit dignus illo, neque illud meretur similiter per actum malum subsequentem negationem auxilii efficacis non fit dignus tali negatione, neque illam meretur.

Ad 3m Confirmationem nego antecedens: quia ingressus venti in fieri nihil aliud est, quam productio ingressus, sive earum ubicationum per quas ventus collocatur intra cubiculum, cuius est fenestra: ingressus autem in facto esse

in facto esse, nihil aliud. Praeter praedictas ubicationes intrinsecas ad ceteras productiones nec mediat apertio fenestrae, neque aliud quidquam, inter istas productiones, et hanc, quae immediate assistit nihil penitus mediare. An autem dum ventus per fenestras, quae aperiuntur, ingreditur, sit prior ingressus venti, quam apertio fenestrae, vel e contra, philosophi disputant: ut quod duo nobis credimus, dico, utrumque fieri in eodem instanti reali temporis, sine adhuc ulla prioritate temporis intercedente inter utrumque motum. Verum inter duos istos non dari mutuam prioritatem non ..., ceterum requiritur ex dictis. quibus addo probabiliter eum ingressum aeris esse priorem prioritate naturae operatione fenestrae, quod maior est generatio, vel quasi generatio est prior corruptione, vel quasi corruptione. Sed de his, ut pure philosophica sunt, Philosophi consulendi.

Ad 3am confirmationem nego antecedens: itaque res in fieri est actio productiva activa; actio autem productiva non est eiusdem ea, sed realiter, sive altera, res in fieri est res in primo instanti suae, hoc est, dum verificat hanc propositionem; modo est res, et immediate ante non fuit; res autem in facto esse est eadem res pro reliquis instantibus; est autem manifestum, rem in primo instanti suae non esse sui causam pro reliquis instantibus; ideoque res in fieri non est causa rei in facto esse, neque materia, et forma in fieri sunt causa compositi in facto esse, sed causalitates, quibus compositum in facto esse causatur. An autem materia, et forma sint verae causae compositi, et quomodo Philosophi disputant, et quidquid dicatur, nihil ad praesentem disputationem confert.

Ad

4am confirmationem concedo antecedens, et distinguo consequens: quod potest habere aliquem effectum, qui respiciat per modum causalitatis, concedo consequentiam: qui respiciat per modum causae, nego consequentiam. Itaque gratia in facto esse respicit, quam gratia in fieri sive ad actionem productivam gratiae non ut a causa, sed ut a causalitate, per quam ipsa fit: rursum causalitati, sive realis sive fundamentaliter, adscribitur munus aliud quod agendi causandi, ut actus charitatis, vel quasi...

quamquam alius effectus. Quod si ratio fieri denotet, quod in 1° instanti
sui esse, vitalis est plura posse causare, non tamen ea, quae non sunt
sui dispositiones, et multo minus sibi ipsi quod infactum est, sive posterioribus sequen-
tibus instantibus.

Arguitur 2°: in eodem instanti, in quo elicitur actus Cha-
ritatis, infunditur gratia et habitus supernalis: sed quod est ultima dispositio
ad gratiam: sed quod nihil est quod tunc prohibeat talem infusionem; et consequenter
debet effective producere ad habitum: ergo talis actus effective producitur
ad habitum Charitatis, sive a gratia. Minor probatur: sed quod causa ne-
cessaria sufficienter applicata passo, non potest non operari; habitus autem
est causa naturalis, et non libera, et habet sufficientem applicationem: sed
etiam, quod actus supernalis non producitur connaturaliter, et connaturaliter, nisi ab
habitu, ~~[illegible]~~ propterea hic infunditur: ergo debet effective pro-
ducere ad habitum. Confirmatur; quod si actus durat per plura instantia conservatur
a gratia, vel habitu: ergo ad eiusdem 1° productionem; siquidem eadem virtus, quae
sufficit ad conservandum sufficit ad 1° producendum.

Respondetur concessa maiori,
negando minorem. Ad 1um probationem distinguo: causa naturalis sufficienter appli-
cata passo non potest non operari effectum, quem prius non supponit pro-
ductum, concedo maiorem; quem supponit productum, nego maiorem. Ita habi-
tus supernalis, et supernaturalia producerentur, si aliunde supponantur producti:
actus autem Charitatis supponitur productus ante infusionem gratiae, et habitus,
ideoque ab illis non producitur effective. Ad alteram probationem minoris dis-
tinguo antecedens: actus supernalis non producitur connaturaliter, id est, quando non est dis-
positio ad iustificationem, concedo antecedens; quando ad illam est dispositio, nego antecedens. Itaque,
sicut accidentia, quae sunt in corpore viventis, ut in igne, audita virtute conser-
vantis dei corpori unitur, et animatum fieret non producerent, connatura-
liter ab extrinseco, a quo connaturaliter producuntur dum disponunt ad introduc-
tionem viventis formae: sic iste actus supernales, qui connaturaliter non producuntur, nisi
ab extrinseco, dum gratia fiet in subiecto connaturaliter ab extrinseco produ-

ducunt, dum disponunt subjectum ad infusionem gratiae.

Ad 3um fratris: Concedo ante, et nego consequentiam. Itaque ut constat exemplo corporis magis calidi accensi, quod quidem in 1o instanti non disponitur ad formam, ab eadem producuntur per concomitantiam, cum 2o in concurrunt ad eam consequenti. Ad illam probationem distinguo ante: eadem virtus, quae sufficit ad concurrendum, sufficit ad producendum, ut ad utrumque, habeat eandem expeditionem, concedo ante: si ad unum sit expedita, et impedita ad alterum, nego ante. Cum enim habitus charitatis habeat sufficientem virtutem ad concurrendum actum, habeat expeditam virtutem ad illum concurrendum quia non supponit illum concursum; non vero habeat expeditam virtutem ad illum producendum, quia supponit illum productum; inde est, illum concurrere, non vero producere non defectu virtutis, sed defectu expeditionis. Sectio 5a; difficile quoddam argumentum proponitur et solvitur.

Sectio. 5a

Difficile quoddam argumentum proponitur, et solvitur.

Dices: quod dum virtus vigente principio charitatis elicit actum charitatis, talis actus effective procedit ad habitum et gratiam. 1o; quia haec est proportionata gratia, adveniens in subjecto. 2o; quia aliquis actus non producunt connaturaliter sequitur, producunt per proprium eorum, quod est contra eius conceptum. 3o; quia alioquin omnes actus supernaturales imperari eliciantur, a virtute quam amoris eorum, cum sit eadem omnium ratio, ac actus charitatis, cum omnes habitus supernaturales praeter fidem, et spem sint inseparabiles a gratia. 4o; quia actus est principium, sine est principium, a quo eorundem actus, dicitur adhuc ut habere accidentale est: principium eandem gratiam producat, sive praecipiat, sive non praecipiat.

Sed actus charitatis principium est dispositio ad peccatum. 1o; quia non eliciat ex eius actus, tollit gratiam: alioquin gratia, et peccatum simul componerentur. 2o; quia Deus cum habet decretum concurrendi contra si talis actus eliciatur, non vero si non eliciatur; quod denotat concursum pendere

gratiae

ad praehte indifferentia prima. 3º; quod nisi actus procedat a talis in genere dispositionis potentia non erit liber; et propterea cum illius erit suppositio actus: cum quod aliunde illa sit in de potentia cum causa actus praecepti, ut prote praecaminora, sequitur actus non esse liberum; et istius illa actus liberi, cum omnino posit poni cum aliis prius actus, cum solus sit liberum in actu 1º id, quod posito omnibus praeviis, et requisitis ad operandum posit operari, et non operari, idest, ponere actum, et omittere actum: praedispositio ad quam posit efficienter ab ea procedere.

Difficile quidem argumentum, quod et in oppositum solutionem distrahit auctores et Theol., dum negant maiorem cum Hispano Lugo, et Arriaga, et immerito, quia satis efficaciter probat dicta consequentia, concessa maiori, negatur minor, cum tota 1ª probatio consistit, quia probat dependere à potentia quae ad actum, non vero dependere à priori, et tanquam à dispositione sic enim ma 1ª in Deo non requirit esse in actu prima, nec tamen ab ulla pendeat à priori, sed tanquam à dispositione. Ad 2ª probationem distinguo antecedens: Deus habet decretum conservandi quae si talis actus eliciatur itaut existentia actus sit conditio antecedens decretum conservandi quae, nego antecedens: itaut sit conditio subsequens, concedo antecedens: quod denotat conservandi pendere ab actu non ut à dispositione antecedente, sed ut à conditione subsequente: itaque Deus habet voluntatem conservandi hanc, si habeat formam, non vero si non habeat, et in his est per omnia ex parte materiae, ut patet in lucis; nec tamen forma à dispositione prima ad conservandum materiam ut conditio subsequens conservandi materiam.

Ad 3ª probationem nego antecedens: nego potentiam quae beneficium supponit ad actum, quia illa solum supponit ad actum, quae respicere non est adhuc in potestate voluntatis, cum à respicere quae in eodem instanti in qua operatur sit adhuc in potestate voluntatis non ponendo actum praecepti, solum quia eam non potest contradicere ex suppositione, quod voluntas eum propterea operetur, hinc, quae in actu praecepti non est supponendo antecedens, sed aliquomodo consequens: quatenus adhuc posit adire solum

est causa actus, quem elicit. Nec imaginare solum ille actus est liber; cuius omissio potest componi cum omnibus praeviis actus; quod talis actus liber sit, potest quoque actus esse liber, in quo eius omissio non potest componi cum aliis praeviis actus, potest tamen omissio ad libitum reflexe praeviis seu in dispositione.

Sunde non obstat libertas in actu 1° esse, quod positis omnibus requisitis, et praeviis ad operandum potest ponere actum, et omissionem actus. Idem verum est, quo aliunde non est in potestate operantis abiicere aliquod ex praeviis, vel requisitis ad operandum; si enim id sit in tali potestate non est necesse posse componere cum omnibus praeviis omissionem actus, ideoque [illegible] indisp. libertatis defensores acerrimi, dum physicam praedeterminationem, immo motionem Thomisticam tanquam libertati inimicam impugnant, ex duplici capite distinctionem praemotionis impugnationem desumunt, quorum altero ablato est libertatem non evertere videtur, quod physica praemotio posita ante actum vel non ponit actus, ad quem praemovet, 2°, quod non sit in potestate voluntatis praemotionem abiicere; si enim in potestate voluntatis hoc esset [illegible] voluntas libera esset: et quia utraque necessitas huic potestati supervenit ratione praemotionis non necessitas. Quo anno, et alias, [illegible], et ex supposito est. ergo 1 de causis gratiae habitualis. Sectio 1ª quae certa sint, praemittuntur.

Quaestio 4ª.

De causis gratiae habitualis.

Sectio 1ª

Quae certa sint, praemittuntur.

Praemitto 1° causam finalem gratiae ultimam esse gloriam Dei, quasi mediam, gloriam Christi, proximam vero, iustificationem impii. Deus enim opus infundens gratiam intendit iustificationem subiecti; hanc autem intendit propter gloriam Christi, quam tandem refert in gloriam Dei ad [illegible] operandum est Deus. 2° praemitto, causam principalem efficientem esse Deum misericordem, instrumentalem sacramentum, acceptandam, meritoriam, quam ad efficientem reducunt, esse Christum Dominum, causam materialem, imponere

moris et meriti, ut pote infiniti valoris, est principaliter [illegible] physica
[illegible] ut patet de multiplici consideratione [illegible]

[illegible] Suppo-
nitur 3° causam exemplarem praecedentem divinam; quia causa exem-
plaris [illegible] ad [illegible] artifex [illegible] effectus, et De-
us producat [illegible] ad similitudinem suam, ut hic [illegible] et
amoris, [illegible] honestatis moralis, quatenus est participatio divi-
nae [illegible] physica, [illegible] moraliter [illegible] exemplarem [illegible].

[illegible] Suppo-
nitur 4°. [illegible] dubitari videtur, [illegible] quae
[illegible] indivisibili [illegible] quatenus nullam habet causam formalem
physicam [illegible] alterius [illegible]
non admittat [illegible] nec gratia indivisibilis admittit causam formalem physicam.
[illegible] admittit causam formalem moralem, quae nihil aliud importat
quam [illegible] quod [illegible] quomodo [illegible]
[illegible] integritatis, quatenus impor-
tat augmentum et intensionem, et hac ratione habet causam formalem physicam,
[illegible] causa formalis [illegible] quae alte-
[illegible] in omnibus formis, quae
hac ratione [illegible] formalis [illegible]
sive intensive [illegible] formalem
physicam.

Supponitur 5°. de facto solum Deum esse causam principalem efficientem
gratiae. [illegible] causas [illegible]
solum Deum tamquam causam principalem efficientem [illegible]
[illegible] habet [illegible]
effectus [illegible] et quamvis dispositive ad gratiam [illegible]
[illegible] solent [illegible] causae principales [illegible] dicto modo
[illegible] non restat aliud quod [illegible] principalis [illegible]
[illegible] de facto [illegible] nullam habet causam principalem praeter Deum.

Nec obstat causam physicalem ultimae dispositionis ad formam esse causam physicalem formae, ut patet in forma ignea A ellipsi, quae est ultimae dispositionis ad formam ignis B, causa physicalis caloris, ut octo, et consequenter formae B. et sic ignis obstat; quod inde non inferatur causam physicalem actionis substantialis, vel saltem insignale causam physicalem formae: quod solum tunc causa physicalis ultimae dispositionis est etiam causa physicalis formae, quando forma est producibilis a causa sic physicali, quod si non sit producibilis, verum non est, ut patet in anima rationali, quae potentia non est a causa efficienti physicali, vel instrumentali, a qua eius ultima dispositio oritur vera causa physicali.

Quod si quis vellet dicere potentiam causam physicam formae, ut forma ignea causa physicali ad alteram formam ignis, ut minus inspiciendum, [illegible] quod [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quod de nulla dicitur qualitate, nec calor ut unus; et idem est de aliis qualitatibus, se intendentibus ad calorem ut octo, ut patet experientia. Nec [illegible] [illegible] producit in alio subiecto: aliqui Angelus [illegible] cum anima rationali [illegible] producere, quod absurdissimum est.

[illegible] certissima sunt, solum autem dubium, an de potentia absoluta sit possibilis causa aliqua physicalis [illegible], quae Deus non sit, et causa [illegible] creata. Prima [illegible] theologorum [illegible]. [illegible], quae est [illegible] Ripalda, et plurimi [illegible], quam tenent Medina, et Cabrera [illegible] [illegible] articulo [illegible] docet, non solum causam globalem causam, verum de facto dari, ut humanitatem Christi Domini, quae est causa physicalis, et effectiva omnis gratiae in nobis existentis.

Sed [illegible] omni caret fundamento: quod scripturae testimonia, quae [illegible] afferuntur, solum probant causalitatem moralem Christi Domini in nostra gratia, quatenus eam nobis ut physicalis causa meruit, non vero causalita-

realitas [illegible] effectiva: Pᵒ, q. humanitas X[risti] D[omi]ni, eiusq[ue] gr[ati]a habitualis sunt eiusdem speciei cum n[ost]ris: ergo etiam nobis non est causa principalis gr[ati]ae, neque in X[rist]o D[omi]no. Prob[atu]r 2ᵒ, q. unio hypostatica, qua d[em]pta nos excludit, nullus alius physicus effectus habet formaliter ab hac humanitate; q. unionis solus est unire. ergo ratione illius Verbum non est causa principalis effectiva gr[ati]ae. Sectio 2ª affirmativa conclusio proponitur et [illegible].

Sectio 2ª

Affirmativa conclusio proponitur et [illegible].

Cum autem [illegible] Verbum sit nec. conclusio possit esse causa instrumentalis et principalis gr[ati]ae habitualis, [illegible] illa causa possit esse, examinare pertinere non sequuntur duo contradictoria: siquidem [illegible] possit; et ex positione causae sufficientis principalis gr[ati]ae non sequuntur duo contradictoria, ut patebit ex solutione argumentorum: ergo huiusmodi causa possit esse. Confirmatur: possit esse causa instrumentalis gr[ati]ae, qualis de facto est humanitas, fatentur adversarii: ergo et possit esse causa principalis gr[ati]ae: hoc enim intelligitur vis [illegible] vocabulis est difficilis: hoc q. causa est, ergo principalis non [illegible] ex [illegible] à [illegible], adducuntur eae causae producuntur à Deo, eidemque [illegible] in ea, et operari. Prob[atu]r 2ᵒ:

